Nota tn̄ ſm Crisſ. Aliter diligit caro. aliter anima. Sicut enim dictū est. Non concupiscas. hoc est dictum q̄ ad animā. non q̄ ad carnem. Sic etiam in hoc loco. caro inimicum diligere nō potest: anima autem potest. quia dilectio vel odium carnis in sensu est. anime vero in ratione. Quando vero nocetur aliquis ab aliquo. et si sentim⁹ odium. tamen exequi volumus. quia caro nostra odit inimicum. anima vero diligit. Nec ille. Secundo debemus diligere inimicum ꝓpter fructū. Augusti⁹. Ad dilectionem inimici vos ām̄oneo. quia ad sanandū vulnera peccatoꝝ nihil vtilius esse cognosco. August. subdit. Diligere inimicos grauis est labor in hoc seculo. sed grandius p̄mium in futuro. Tercio ꝓpter periculum. Augustin⁹. Odium habere in corde ē habere gladium scorpionē et ignem. De primo sic dicit in sermone. Qui alteri nocere desiderat similis est illi qui gladio se transuerberat. vt tunicam alterius scindat. De secundo dicit in sermone. Ira stimulans ad vindictam ipsa est scorpio interius inflammās siue excitans. Si te vis vindicare de inimico: tunc ad ipsam iram te conuerte que est inimica tua. quia occidit animā. De tercio sic dicit super psal. Sic puta maliciā esse sicut ignem. nam si quid aliud incēdere debeat oportz vt p̄⁹ ardeat. Sic ira maliciosa ꝙ alteri nō noceat fieri pōt. sed ꝙ tibi nō noceat fieri non pōt. Jdeo ſbdit Bñfacite his qui oderunt vos. s. ministrando eis nccaria tempe necessitatis. quia nccitas extrema facit omnia cōmunia. Ergo noli cōsiderare iniuriam p̄sentem. sed considera gloriā quā ꝓ mercede es in iudicio cōsecuturus. Si damnū pateris noli cōsiderare. sz considera patientie lucrū. i. Pe. iij. Beati estis si quid patimini ꝓpter iusticiam. Et apl'us Roꝝ. xij. Si esurient inimic⁹ tu⁹ ciba illū: si sitit potum da illi. Hoc faciens carbones ignis congeres sup caput ei⁹. id est ad charitatez induces. Etiam ideo: qz nos inimici sumus christi⁊ nob ml'ta bona exhibuit. Roma. v. Cum inimici essem⁹ reconciliati sumus per sanguinē filij ei⁹. Sic inimici ex bñficō nostro ipsi se iudicent. qz iniuste nos oderunt Tunc docet nos habere dilectionē inimicorum in oze dicens. Orate ꝓ p̄sequentibus vos. scz p manifestā iniuriā. ⁊ calūniantibus vos. s. p apparentē iusticiam sed tamē per fraudem occultā. Crisſ. Nihil facit deus ita propicium⁊ ad exaudiendū pronū sic oze re pro inimicis: quia p hoc filij dei efficimur Jdeo a pio patre exaudiri meremur. Bre. Quid ē ꝙ moyses et samuel⁊ helyas in postulatōe alijs p̄referunt: nisi ꝙ isti tantū in serie veteris testamenti pro inimicis orasse leguntur. Moyses a populo lapidibus impellit⁊ pro lapidantibus patur: Exod. Samuel a principatu ejcit: et ait. Absit a me vt cessem orare p vob. i. Regum. xij. Helyas

etiam orabat pro achab inimico suo.i. Re. xxi. Dilectio ergo ista maxime meritoria est Grego. Seruitia sunt tanto maiora quanto min⁹ debita. sz minus debitũ est diligere inimicum q̃z amicũ. ergo magis deo acceptũ et meritoriũ. Ratio quare debemus pro eis orare. qz qui ꝓ ꝑsequẽtib⁹ orat ꝓ seipo orat. quia petit amotõ ez flagelli. Et implebit̃ illud psal. xxxiiij. Oro mea i si. meo ꝯuer. ido Roꝝ. xij. Benedicite ⁊ nolite maledicere ꝓ ꝑseq̃n. vos. Secundo debemus orare ꝓ inimicis propter exemplũ christi. ideo subdit. Ut sitis filij patris vestri q̃ in celis est. Nã filij carnales merito imitant̃ patrem in moribus bonis ⁊ honestis. ergo ⁊ nos spũales. Nam deus pater solem suũ facit oriri super bonos ⁊ malos. ⁊ pluit sup iustos et ĩiustos Sic nos opa charitatis exhibere debemus amicis ⁊ inimicꝫ. Hiero. Nulli negare debemus qd̃ deus nulli negat. Criſ. sup math. dicit. Caute autẽ dicit sup iustos ⁊ ĩiustos et nõ super iniustos ⁊ iustos. quia omĩa bona deus non propter homines dat. sed propter sanctos sicut ⁊ flagella propter peccatores. Sed in bonis nõ separat peccatores a iustis ne desperent. nec in mal' iustos a peccatoribus ne glorientur. maxime cuz malis bona non ꝓsunt que male viuentes ad iudicium suum ꝑcipiunt. nec bonis mala nocẽt sed magis prosint ad iusticie lucrũ. hec ille. Similiter vt dicit Aug⁹. Illa temporalia bona ⁊ mala vtrisq̃z nolunt esse communia. vt nec bõa cupidi⁹ appetant̃ q̃ mali habere cernuntur. nec mala turpiter euitentur q̃b⁹ etiam boni efficiuntur. hec ille. Sequit̃ Si enim diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem hẽbitis. quasi diceret. Nullam. Augustin⁹ in enchiridion. Nõ est magnũ erga eum qui tibi nil mali fecit esse beniuolum. sed maxime bonitatis indicium est tuum diligere inimicũ. et eũ qui tibi vult malum et facit si potest et tu velis sibi bonum. Et maiorꝫ meriti est dilectio inimici q̃z amici. Et assignat plures rationes sanctus thomas scd̃a scd̃e. q. xxvij. Prima. Actus mere naturales non sunt meritorij: sed solum voluntarij a ratione ⁊ libera volũtate electi. Et ideo quanto aliquis actus magis est a rõe et voluntate elicitus: tanto magis meritorius. ceteris paribus: q̃z ille qui venit ex inclinatione naturali. Sed ad dilectionem inimici non declinat natura sicut ad dilectõ ez amici. ergo ⁊c̃. Secunda ratio. quanto aliquis actus ex se est difficilior: tanto ceteris paribus est magis meritorius. sed actus dilectionis inimici est contrarius naturali inclinationi et habet multa retrahentia. ergo ⁊c̃. Nota difficultas est duplex. Prima causatur ex opere. vt difficilius est ieiuniuz in pane ⁊ aqua q̃z ĩ cibis quadragesimalib⁹ et sic dilectio inimici est difficilior q̃z amici. Secunda causatur ex negligentia persone et venit ex dissuetudine ⁊ voluntaria indispositione. vt alicui difficilius est ieiunare vnũ diem q̃z bene consueto tres. ⁊ talis difficultas non auget meritũ. Tercia quanto aliquis actus magis dependet a dilectione dei tanto est magis meritorius. sed dilectio inimici est huiusmodi. ergo ⁊c̃. Nam amare amantẽ naturale ẽ: quia canes ⁊ alia insensibilia animalia hoc faciũt. diligere aũt inimicuz charitatis est. Ideo subdit'. Nonne publicani h̃ faciunt. Et hoc facientes vituperant̃. Et si salutauerit̃ fratres vr̃os tantũ quid amplius facitis. nõne ⁊ ethnici hoc faciunt. quasi di. Sicut ⁊ hec facientes nihil merent̃. ergo nec vos. Vñ prochdolor sunt nunc multi de christianis qui eos q̃s prius salutauerunt ⁊ alia signa amicicie eis exhibuerunt propter modicã offensam talia eis subtrahunt. et tamen volunt deo reconciliari. Timeo ꝙ audituri sunt illud Math. xviij. Serue nequam om̃e debituz dimisi tibi nonne ⁊c̃. Ideo Crisostomus sup matheũ. Qui diligit amicuz peccatum quidem nõ facit. iusticiam autez non operatur. Remigius. Perfecta dilectio vltra dilectionẽ inimicoꝝ non potest esse vel se extendere. Ido subdit. Estote perfecti sicut ⁊ pater vester ꝑfectus est. scilicet vt amicos diligatis ꝓpter peccatum vitanduz. inimicos propter iusticiam faciendã. quoniã illud de pena liberat: hoc autez deducit in gloriam. hec Crisosto.

Dixi scd̃o docent̃ actiui di. Attendite ne iusticiã vestrã. i. opa iusticie faciat̃ corã hominib⁹ vt videamini ab eis. s. hũanam laudem ab eis q̃rẽdo. ꝑ h̃ tñ nõ ꝓhibet̃ q̃n opa bõa pñt fieri corã hoĩb⁹ Math. v. Sic luceat lux vestra coram ⁊c̃. loquitur tñ de perfectis de quib⁹ nõ est estimanduz ꝙ de facili ferant̃ in vanã gloriã. Propter h̃ notãter dicit: vt videamini ab eis. August. hoc addit ideo ꝙ appareat eũ ꝓhibuisse vt finẽ nostri ꝓpositi tollam⁹. Gala. i. Si adhuc mundo placerem xp̃i ſuus nõ essem. Ideo subdit. Cũ ergo facꝫ elẽosinã noli tuba canere añ te

sic hypocrite faciūt in synagogis ⁊ in vicis: vt honorificentur ab hominibus. Quia antiquitus cōuocabant pauperes per tubas. et tamen licz in se hoc fuit bonuz tamē fecerūt ea intentione vt misericordes ⁊ boni viderē tur. Ideo subdit. amen dico vobis receperūt mercedem suā. Non sic tu facere debes sed si facere potes bonū: fac intentōe deo nō hoibz placendo Si enī ꝓpter infirmitatē tuā facere nō potes seu vales. ad minus tñ bonū ex emplū ꝓbe ꝓmus tuis ad eoz meliorationem nō ad tui ostentatōem. ⁊ hypocrita nō eris. Teste btō greg. xxi. moraliū. Sūt nō nulli q̄ ⁊ sanctitatis habitū tenēt ⁊ pfectōnis meritū exequi nō valent. de q̄bz nequaq̄z credendū inter hypocritaz nūez currere. qz aliud est infirmitate: aliud callida simulatiōe peccare. Hec ille. Seq̄tur Te aūt faciente elemosinā nesciat sinistra tua q̄d faciat dex/tera tua. id ē. noli nimis pensare opera tua. vel cū dextera tua. i. bona intētio faciat bonū ꝫ nesciat sinistra. i. intētio mala. s. appetitus laudis hūane. Sit ergo elēosina tua in ab/scondito scz fm intentionē. Hzeg. Opus sit in publico vt intētio maneat in occulto. Et pater tuꝰ q̄ videt in abscondito reddet tibi. si non mō: tūc in futuro Quia dz ecci. v. Altiſsimus patiens redditor est. Aug. Nullum malū impunitū: ⁊ nullū bonum irremuneratum. Nota triplr peccamꝰ scilz In nos. in deum: et in ꝓximum. Opus ergo ieiunij est ō pctm in nosmetipos factū. Oratio ꝺo contra pctm in deū factum. Elemosina vero cōtra pctm in ꝓximū ꝓpetratum. Et qz ista tria pdicta sunt opa satisfactoria ꝑ pctis. et nunc adest tempꝰ penitētie Ideo ad ꝓmum opus scilz ieiunij ammonet nos epla dicēs. Ad scōm scz elomosinā ibidē eiusdez dicī euangelij. ad tertium scz ozdem inducē nos epistola hesterne dieī de ezechia rege.

Sz d. quod est magꝭ meritoriū inter ista tria. Rñdet fm sctm Tho. dist. xv. q elemosina: quia includit alia. Primo ozonem qz obligat illum cui dat ad orandū. Secdo qz subtractio bonoz exteriorz continet ꝓtrutem ieiunij. Vnde ozo qz includit quodammō ieiunij rōe debilitatōis corꝑis Queritur vtz dare elemosinā sit in ꝓcepto. Respōdet fm sanctum Thomā secda secde. q. xxxij. q sic quia est ꝓceptū affirmatiuū: et obligat ad semper sed nō ꝑ semp sz pro loco ⁊ tempore dum nō sit necessarij sibi et suis q̄bz ꝓuidere tenetur. sed superfluū Luc. xi. Quod superest date elemosinā. Et in recipiētibz necessitas inspicieda est. Amb. Pasce fame morientē. Hoc docz lex naturalꝭ. Nō tibi fieri vis alijs fac. Item lex diuia Lu. vi. Date ⁊ dabit vobis. Lex positiua vt hī. lxxxvi. dis. Franci marinū excita vt ñ solū credat lectōez ⁊ oratione sibi sufficere. sz etiā elēosinis insistere et necessitatez patientibz impartiri. Item lex aplica. i. Joh. iij. Nō diligam⁹ ꝟbo neq̄z lingua sed ope ⁊c. Nota elemosina debet fieri multiplr. Primo possibilr. Secdo festinater tercio hilariter. quarto sapienter. Primo debet fieri possibiliter scz fm facultate. Thobie. iij. Si mltū tibi fuerit: abundanter tribue. si modicū illud impartiri stude. Quia fm august. Deus nō respicit ad manū sz ad cor: vt ptz de vidua paupcula Lu. xxi. Quā christus cōmendat ꝓpter oblationē duoꝝ minutoz. Ideo puer. xvi. Spiritū ponderatoz est deus. Et grego. Coz ⁊ non substantiam pensat deus. Nam dicit math. x. Quicunq̄z potū dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide non pdet mercedē suam Attamen supfluum tenemur dare Luce. xi quod superest date elemosinam. Hieroni⁹. Aliena rapere conuincit: qui supflua tenere probatur. Secdo elemosina debet dari festinater. Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere: ⁊ cras dabo tibi cuz statim possis dare. Sicut multi sunt non ꝓpendētes clamorē paupez nudoz pedū eis exprobrantes. Ecclesiastici. iij. Coz inopis ne affligeris. ⁊ nō ptrahas datū angustiāti. Sz heu alīq̄ ꝓtrahunt tenētes cibū vsq̄z ad corruptionē. cum enī iam fetet: tunc volūt dare paupibz. Prouerb. iij. De primitijs. i. optimis oim frugū tuaz da paupibus Alīq̄ ꝺo ꝓtrahunt vsq̄z ad tempꝰ mortis. Eccī. xvij. Ante languorē adhibe medicinā. augusti⁹. Considerate fratres q̄ subito plures omnia perdiderunt ⁊c. Nam tunc necessitas cogit eos relinquere temporalia ⁊ nō pietas.

Tercō debet dari hilariter Eccī. xxxv. In omni dato hilarē fac vultuz tuū. q. Coz. ix. Hilarē datorē diligit deꝰ. Sz heu alīq̄ murmurantes dāt. gregoriꝰ. Qui dat cuz tedio pdit rez ⁊ meritū. Quarto sapiēter videndo cui des. s. pauperi. Eccī. iij. Elemosinam paupis ne defraudes. Et luc. xiij. Cū facis cōuiuiū voca paupes. et hī q̄ sunt bone vite. Eccī. xij. Bñ fac hūili et ne dederis impio.

Item nota elemosina tali modo facta est vtilis et fructuosa in multis. scz in vita: in

morte ⁊ post mortem. Primo prodest in vi
ta: quia impetrat remissionẽ culpe. Ecci. iij.
Sicut in sereno glacies: sic per elemosinam
soluentur peccata tua. Et sicut aqua extin/
guit ignem: sic elemosina peccatuz Secun
do valet elemosina homini in morte Nam
animã de corpore egredientem misericor/
die dei associat. Ambrosi⁹. Non sunt homi
nis bona que nõ potest ferre secuz. Sola ele
mosina est comes defunctoꝝ. Grego. Pau/
peres non sunt contemnendi nec egeni: sed
exorandi vt patroni. Luc. xvi. Facite vobis
amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defe
ceritis recipiant vos in eterna tabernacula.
Tercio elemosina valet post mortẽ scz in iu
dicio. Nam tria liberant reum in iudicio.
Primo bonus prelocutor: et talis est elemo
sina. psal. cxi. Jocundus homo qui miseret
et cõmodat: disponet sermões suos in iudi
dicio Nam dñs iudex erit eorum ꝑlocutor
dicens Math. xxv. Esuriui et dedistis mi/
hi manducare ⁊c. Secũdo munus liberat
in iudicio. et sic elemosina Prouerbioꝝ. xxi.
Munus abscõditũ extinguit iras et donũ
in sinu indignationẽ maximam. augustin⁹
Redime te dũ viuis ⁊ duz temp⁹ habes ne
perdas tempus et ꝑcium. Tercio amici in/
tercedentes liberant reuz. et talis erit elemo
sina. Ecci. xxix. Conclude elemosinã in sinu
pauꝑis. ⁊ ipa orabit ꝓ te ad dominũ. ꝓuerb.
vi. nec acquiescet cuiusq̃z precibus nec acci/
piet pro redemptõe dona plurima. demptis
elemosinis. psal. xl. Beatus qui intelligit su
per egenũ ⁊ pauperẽ in die mala libe. eũ do.
Thobie. xij. Elemosina a morte liberat ⁊ ip
sa est que purgat peccata. ⁊ facit inuenire vi
tam eternam. ad quam ꝑducat ⁊c.

Sabbato.
Sermo. VII. de epl'a

Cum effuderis

esurienti animã tuam et animaz
afflictam repleueris bonis: tunc
orietur in tenebris lux tua. Isa. lviij. Si
in bello publico q̃s detentus fuerit. tũc opor
tet ꝙ rex belli vinctũ liberet. Spiritualiter.
sic naturale bellum est inter nos ⁊ dyaboli/
cas potestates. Et timendũ est ꝙ multi sint
capti. Nunc tales deberẽt destinare litteras
petitiõis ad regẽ gl'ie vt eos liberaret. Et h̃
docz ecclesia sancta in introitu dicens Esto
mihi in deum ꝓtectorem. Similiter in col/
lecta scilicet. Adesto domine supplicationi/
bus nostris: et concede vt hoc solenne ieiu/
nium deuoto seruitio celebremus. Si autẽ
volumus exaudiri a rege glorie in talibus
litteris petitorijs. tũc debemus cessare a pec
cato cordis: oris ⁊ operis. Et hoc docemur
in epistola Isaie. lviij. Si abstuleris de me
dio tui catenam. id est cordis peccata quib⁹
ligatus es. et desieris extendere digitum. scz
ad mala opa: et loqui quod nõ prodest. scz
peccata oris dimittendo. et non sufficit di/
mittere peccata: sed cum hoc debes agere bo
na opera. Ideo subdit. Cum effuderis esu/
rienti animã tuam: tunc orietur ⁊c. In
summa epistole duo innuũtur. Primo do/
cet abijcere peccata in seipsum ⁊ in ꝓximuz
ibi Si abstuleris. Secundo hortatur abij
cere peccata in deum: ibi Si auerteris a sab
bato. De primo dicit Hec dicit domin⁹ scz
cuilibet christiano Si abstuleris de medio
tui catenam. id est peccatũ mortale quo q̃s
peccat in seipsum: vt est peccatum inconti/
nẽtie ⁊ intẽperãtie. ⁊ est catena dyaboli qua
quis tenet astrictus. psal. cxviij. Funes pec/
catorum circũplexi sunt me. Et prouerb: v.
Funibus peccatoꝝ quisq̃z cõstringetur. Cũ
hac catena dyabolus trahit homines ad in
fernuz. Figuratur in Samson qui fuit vin
ctus cathenis Judic. xvi. et. ij. paralip. xxx/
iij. Manasses fuit vinctus cathenis atq̃z
compedibus ⁊ ductus in babilonem. Spi
ritualiter: sic peccator in infernum. Et hec
cathena ꝓcedit a medio homis id est a cor/
de. Jdo dicit Si abstuleris de medio tui. id
est de corde tuo ⁊ de appetitu sensitiuo cathe
nam id est peccatũ. Ad istam cathenam fa
ciendã mlti ꝯgregant fabri. i. demões: vnus
portat primũ anulũ scz suggestiones. Alter
malã delectatõem Terci⁹ induc malũ opus
Quart⁹ malã ꝯsuetudinẽ Quitus necessi/
tatẽ Sextus desperatõem. De ista cathena
dicit aug⁹. in libro confes. Suspirabã a te
ligatus nõ ferro alieno: sz mea ferrea volun
tate: velle meum tenebat me: ⁊ mihi inde ca
thenã fecerat ⁊ cõstrinxit me: qz ex volũtate
ꝑuersa facta est libido. ⁊ dũ seruitur libidini
facta est consuetudo: et dum consuetudini
nõ resistitur: facta ẽ necessitas Hanc cathe/
naz dñs iussit auferre. Sequit Et desieris
extendere digitũ tuũ scz aduersus ꝓximum
eũ nõ deridendo vl' oppꝛimẽdo. Ul' desieris
loqui qd̃ nõ ꝓdest. scz tibi: nec ꝓximo. s. ver
ba detractoria. psal. c. Detrahentem secreto

proximo suo hunc persequebar. Prouerb. xviij. Mors et vita in manibꝫ lingue. qui diligunt eā comedent fructꝰ eius. Subdit Cum effuderis esurienti animā tuaꝫ. id est affectionē. et non solum affectu subueniēdo sed et animā afflictam. id est hominez fame vel siti infirmantē. Repleuerꝫ bonis. id est recreaueris ⁊ consolatus fueris. scilicet pascendo famelicum. potando sitibundum. Tunc orietur in tenebris. id est in intellectu tuo. qui prius erat erroruꝫ tenebris obfuscatus: lux tua. scilicꝫ gratie. Ephe. v. Eratis aliqñ tenebre. nunc autez lux in domino. Et tenebre tue. id est virtutes tue intellectuales. q̄ fuerunt prius per ignorantiam tenebrose. erunt supple clare sicut meridies. Nam omnia corpora que faciunt vmbram. in meridie faciunt breuiorē. Subdit. Et requiem dabit tibi dominꝰ deus tuus semper scilicet a passionibus ⁊ temptationibꝫ carnis Apocalipꝰ. xiiij. Ammodo iam dicit spiritus vt requiescāt a laboribus suis. Et implebit scꝫ deus splendoribus animā tuam. glosa Unꝰ enim radius istius splendoris est vt peccatum fugiat. Alter vt precepta domini impleat. Tercius vt mūdana contēnat. Quartus vt tormenta timeat. Quintus vt eterna gaudia appetat. Dicat autez quilibet nostꝝ illud psal. lxxxix. Et sit splendor domini dei super nos. Subdit. Et ossa tua liberabit. s. in die iudicij ab igne eterno. Et non solum animā tuam verum et corpus tuum ab illo incendio preseruabit. Sequit. Et eris quasi ortus irriguus fertilis plenus donis ⁊ virtutibus. Et sicut fons aquarum cuius non deficiunt aque. sic merita nequaq̄ deficient. Et edificabuntur in te deserta seculorum. id est columne muri ⁊ tecta spiritualis edificij que fuerunt quasi ab omnibus hominibus deserta ⁊ derelicta. fundamenta generatiōis que fuerunt locata a prophetis. Et generationem suscitabis. scilicꝫ predicando verbo vel facto vel exemplo. suscitabis scꝫ in cordibus auditorum: et vocabis edificator. id est predicator sepium. id est doctrinarū quibus ecclesia sicut domus sepibus cingitur: id est munit. Ecclesiastici. xxxvi. Ubi sepes non est possessio diripietur. Auertens id est destruens semitas iniquitatñ. id est errores

Dixi secundo hortamur abijcere peccata que sunt commissa contra deum dicens. Si auerteris a sabbato que est dies quam sanctificauit dominus. pedem tuum. scilicꝫ vt nō vadas ad faciendū mala. et auerteris facere voluntatē tuam. scꝫ fedam et carnalē in die sabbati qui est dies sanctus domini: non ꝙ formaliter sit capax sanctitatis. sed qꝛ est sanctis operibus deputatus pre ceteris diebus. Et vocaberis sabbatum delicatum id est deo acceptum. quia non vult tangi nec violari ꝑ aliquod opus seruile in eo. Et vocaberis sabbatū sanctū domini. id est domio sanctificatū gloriosum. id est glorie dei debitum. Et glorificaueris eum dū non facis vias tuas. id est operatōnes prauas. que sunt vie ducentes ad baratrum. Et non inuenit voluntas tua. scꝫ in sabbato: vt loquaris sermonem ociosum vel mendaciosum. Tunc delectaberis sup̄ domino. scilicet qui confert anime tue spiritualem consolationē. Et sustollam te. id est eleuabo te sup̄ altitudinem terre. id est sup̄ terrena omīa ad celsitudinē meam. Et cibabo te. id est reficiam hereditate iacob patris tui. id est ihesu christi de stirpe iacob nascituri. quaꝫ hereditatē cōmunicabit fidelibus suis. ⁊ est visio glē dei electi.

Nota ꝑm sanctum Thomā videbit deus sine medio. Et medium est triplex. scꝫ differens: obnubilans ⁊ disponēs. Sine medio differenti videbit deꝰ: qꝛ dei visio non est per distantiam: sed ꝑ presentiā. cum ipe deꝰ essentialiter sit vbiqꝫ. Item videbit sine medio obnubilante: quia tollitur enigma. Nota nunc multiplex est mediuꝫ inter deum et nos. Primū est mediuꝫ peccati Isa. lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ⁊ deuꝫ et illud est mediū impioꝝ. Secundum est mediū creature. Romanoꝝ. i. Inuisibilia dei a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta conspiciunt. et est medium philosophorum. Terciū est medium figure. i. Coꝝ. x. Omnia in figura ꝯtingebant illis. Illud est mediū patriarchaꝝ ⁊ prophetaꝝ. Quartum est mediū scripture. psal. cxviij. Declaratio ser. tuoꝝ illūi. Hoc est medium theologoꝝ. Quintū est mediū fidei. Apocalip. ij Esto fidelis vsqꝫ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronam vite. Hoc est medium fideliuꝫ. Sic videbitur deus in futuro sine duobus medijs. Sed sine tercio medio. scilicet disponente: hoc est sine gratia nō videbitur gloria dei. Et hec est hereditas patris iacob.

Concordia inter epistolam ⁊ euangelium In epistola hortat nos ad abijciendu ea q̄ violant sabbatū. In euangelio dicit de naui qꝛ ꝑ abiectionē pctōꝝ ihs intrat nauē aīe.

Sabbato post cinerũ

De eodem.
Sermo. VIII. De euangelio.

Onfidite ego sum nolite timere. Marci. vi. Mathei. xiiij. ⁊ Joh. vi. Rationabile est ⁊ congruuz vt is qui potest in necessitatibus succurrere ⁊ auxilium prestare ꝙ hoc faciat quandoqz non rogatus his qui indigent: quatenus per hec in aliorum noticiam veniat pariter ⁊ amorem. Spiritualiter. sic fecit christus discipulis. Figuratur Luc. x. Samaritanus sauciato et semiuiuo relicto prestabat auxiliũ sine singulari supplicatiõe. Spiritualiter. Samaritan⁹ interpretatur custos: et significat christum qui est adiutor in oportunitatib⁹ ad quem dicimus. Auxiliũ meuz a dño. Ideo vulnerato generi humano ex sua benigna misericordia auxiliũ prestitit. ad Tytum. iij. Non ex opibus iusticie que fecimus nos: sed ꝑm suam miscdiaz saluos nos fecit. Sic succurrebat ⁊ discipulis vt cognosceret et ardenti⁹ amaretur in periculo maris eos consolãdo. Nam propter hoc venit. iuxta illud Isa. lxi Spiritus dñi ad annunciandũ mansuetꝫ misit me vt mederer contritos corde. Ideo ad eum confugiant oms male habentes q̃s consolatur sicut discipulos suos dicẽs. Cõfidite ego sum nolite timere. In summa euangelij innuunt duo. Primo discipuloꝝ tribulatio. ibi. Cum sero factum esset. Secundo subditur eorum cõsolatio. ibi. Confidite. De primo dicit. In illo tempe. scilicet postq̃z dominus de quinqz panibus quinqz milia hominũ satiauit. Tunc turbe voluerunt eũ facere regem: estimantes ꝙ pasceret eos semper. Et ꝙ sub eius regimie eis nihil deficeret. Quod cũ christus cognouisset fugit in montẽ: vt habetur Johãnis. vi. et vt scribit Math. xiiij. capl'o. Compulit Ihesus discipl'os ascendere in nauiculã ⁊ transfretare vltra mare galilee Et fugit ipe i mõtem solus orare patrẽ. Dans nobis per hoc exemplũ hũilitatis: qꝛ q̃situs ad honorẽ fugit. quesitus vero ad mortẽ vltra se obtulit. vt habetur Johãnis. xviij. Cum ergo ihesus sic fuisset in monte solus. discipuli fuerunt in medio fluctuũ. De quo dicit. Cum sero factuz esset: erat nauis in medio maris et ihesus solus in terra. glosa. Periculũ eo maius erat ratione loci. quia nauis i medio mari: et rõne absentie naute. id est christi. ergo qui carent christi societate: exponuntur temptationibus. Et videns eos laborãtes in remigando. erat eni ventus contrarius illis. Iterum augmentat eoruz tristicia rõne venti. Beda hunc textum exponit mystice de ecclesia sic dicens. Labor discipuloꝝ in remigando et cõtrarius ventus: labores sancte ecclie varios designat. qui inter vndas seculi aduersantis ⁊ immundoꝝ flatus spirituũ ad quietem patrie celestis quasi ad finem litoris et stationez peruenire conatur. Ut in tribulationibus sic dicere possit cum psal. ix. Ut quid domie recessisti longe: despicis in oportunitatib⁹ in tribulatione At tamen nõ obliuiscitur orationẽ pauperum vt hic aperte dicitur: quia vidit eos laborãtes in remigando. Et si ad horam differre videtur auxiliuz. nihilominus eos consolatur ⁊ roborat. i. Corinth. x. Fidelis deus qui non patietur vos temptari vltra id quod potestis. Ideo subdit. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulãs supra mare. Cris. Nox diuidit in quattuor vigilias: et queqz vigilia habet tres horas. et hec quarta vigilia fuit prope diem. Sz diceres. Cur tamdiu tardauit eos cõsolari. Respondet ꝑm Theophilũ. Hoc ꝑmisit vt doceret eos habere patientiã: ⁊ expectare in tribulatione consolationẽ a deo: et non statim desperare vt aliqui faciunt Jaco. v. Patientes estote ⁊ vos: et confirmate corda vestra ⁊c. Ecce agricola patienter expectat preciosum fructũ terre patienter ferens donec accipiat temporaneũ ⁊ serotinũ. Sz diceres Quõ in mortali corpe potuit ambulare super mare. Rñdet hugo ꝙ hoc euenit ratiõe dotis agilitatis ⁊ subtilitatis corpis. grego. Ratione aque suppeditãtis ⁊ obedientꝫ suo creatori. Dyonisi⁹. Sicut ignoramus qualiter de virginis vtero ꝓcessit sine lesione sigilli virginalis. sic et hic. Et volebat ꝑterire eos Aug. quia in diuersuz ibat: quia eis ita apparuit vt in mente eoꝝ fuit. erant eni parue fidei. At illi vt viderunt eũ ambulantez super mare putabant fantasma esse: quod ẽ apparitio rei nõ existentis. Timẽtes ne essz apparitio alicui⁹ spiritus maligni eis nocere volentis. Ecce parua fides discipuloruz. Licet enim viderant eũ multa signa fecisse et precipue in multiplicatiõe panum. tamẽ non crediderunt eum sup mare posse ambulare. Sequitur. Et exclamauerunt. Omes eni cũ euz viderũt turbati sunt. Theophil⁹

Sermo VIII.

Maiorem eis incutit timorē per apparitō nem: ex eo q̄ fantasma putauerūt. Dec ille Et si cognouissent eū nō immerito fuissent conturbati ex eo q̄ voluit eos p̄terire quasi nollet eos in periculo adiuuare. Eodēmodo contingit nūc ecclesie fidelibꝫ in temptatoi bus passionū siue aduersitatuꝫ existentibus prout dicit Beda in omelia sic inquiens. Sic enī sepe diuina pietas fideles in tribulatione positos supna pietas deseruisse vi sa est vt quasi labrantes in mari discipulos ihesus preterire voluisse putaret. Un̄ est illud ecclie martirū certamina desudantis. Quare oblitus es mei duꝫ confringuntur omnia ossa mea ꝛc. Sed dicunt inimici de ridentes. Ubi est deus eorū quasi naufragi um passis: nauigantibꝫ apostolis. dicit ip se deus eorum. Cum transieris per aquā ego tecum ero ꝛ fluminа nō operient te. cuꝫ am bulaueris in igne non combureris. ꝛ flāma nō ardebit in te. Unde nunc recte subdit. Et statim locutus est illis. ꝛ dixit eis. Con fidite ego sum nolite timere. Hoc verbum ſm Crisostomū et timorē soluit ꝛ fiduciaꝫ prepauit. Q̄ autē dicit. Ego sum. Aut hie ronimus. nec subiungit quis sit: quia ex vo ce sibi nota poterant eū intelligere. qui per obscure noctis tenebras loquebatur. vl ip sum esse scire poterant quē locutū ad Moy sen nouerāt. Dec dices filꝫ israel Qui est misit me ad vos. Dec ille. Utinā ꝛ nos in maximis timoribꝫ positos hoc suo vocabu lo scz Ego sum: dignaret misericorditer cō solari. precipue in mortis articulo vbi eius presentia nobis maxime erit necessaria.

Sciendū hic q̄ eadez vox christi quosdā terret Joh. xviij. Dec cum dixisset abierūt retro ꝛc. Quosdā vero oblectat sicut mariā magdalenā cum eū quereret ad sepulcrum Et nunc discipulos in tribulatione. sic etiā in predicatiōe vna ꝛ eadez voce vnus con turbatur: alter letatur. Timoꝛ enīz illoꝝ est causa perturbationis. Amoꝛ aūt aliorum est causa consolatōis. Unde ad tribulatos et patienter eū expectātes libenter ascendit sicut hic sequit. Et ascendit ad illos in na uim ꝛ cessauit ventus. Sicut enī christi ab sentia est causa perturbationis. sic eius p̄sen tia est causa cōsolatōis ꝛ aduersitatis cessa tio. Beda in omelia. In quocunq̄ corde p gratiā sui amoris adest: moꝛ vniuersa vicio rum et aduersantis mūdi ꝛ malignoruꝫ spi rituum bella quiescunt. Dec ille. Unde se quitur de apostolis. Et plus magis intra se stupebant. Non enīz intellexerunt mira culum de panibus. Erat enīz coꝛ eorum ob cecatum. Unde beda in omelia. Dominus quidē in miraculo panuꝫ. q̄ esset conduoꝛ reruꝫ ostendit. Et in ambulando super vn das q̄ haberet corpus ab omni grauamine peccatorū liberum edocuit. et in placando ventos. vndarumq̄ rabiem sedando q̄ ele mentis dominaretur monstrauit. Sed car nales adhuc discipuli nonduꝫ eum adesse cognoscebant. Et quidem virtutū magni tudine stupebant nec dum veritatē in eo di uine maiestatis cognoscere volebant. Dec ille. Consequēter pro secundo principa li tangitur succurrentis benignitas medica tiua quaꝫ comportatio probat populosa. Et cum transfretassent venerunt in terram genezareth ꝛ applicuerunt. Cunq̄ egressi essent de naui cognouerunt eū. scilicet illi de terra genezareth Quia per famam quaꝫ au dierant: et per miracula que aliqui eorum viderant: cognouerunt q̄ ille erat qui infir mos curabat. aliquibus etiā vt dicit beda. vultu notus erat. Mistice sciendum q̄ cum de naui penitentie egressi fuerimus qui scz per mortem ad porꝛuz celestis patrie ve nerimus. tunc cognoscemus eum et nos fa cie ad faciem qui eum hic per speculum eni gmatice perspexim⁹. vt habet prima Co rinthioꝝ. xiij. Multi etiam gentilū et iu deoꝝ cognouerunt christū in eū credendo: sed non credidissent nisi apostoli pro maio ri parte prius egressi fuissent ō hoc mundo ad celestē patriaꝫ. Sequitur. Et currentes per vniuersam regionē illā. ceperunt in gra batis illos qui se male habebant circumfer re vbi audiebant eū esse. Beda Uide quan ta sit fides hominū terre genezareth: vt nō presentiū tantū salute contenti sint: sz mit tunt ad alias per circūitum ciuitates vt om nes currāt ad medicū. Dec ille. Sic ꝛ nos non debemus esse contenti: q̄ soli saluemur per confessiones ꝛ pdicationes. sed et omes male habentes in anima quantūcunq̄ di stantes afferre debem⁹ vt sanentur. Et quo cunq̄ introibat in vicos aut villas aut in ciuitates ponebant infirmos: ꝛ deprecabātur eū vt vel fimbriā vestimenti eius tangerēt Et quicunq̄ tangebant eum salui fiebant. Unde aūt tales didicerant vt fimbriā eius tangerent si sanitatē consequi vellent: indi cat Crisostomus dicens. Mulier enī que fluxuz sanguinis patiebat vniuersos hanc sapientiam edocuit: vt si tangerent fimbriā

Sabbato post cinerũ

vestimenti christi sanarent. Patet etiaz q̃ christus tempe quo absens fuit nõ solum fidem eoz dissoluit. sed ꝛ maiorẽ reddidit. cuius virtute oẽs saluari sunt: qz quotquot tangebãt eũ salui fiebãt. Nec ille. Si talis medicus adhuc esset oĩs post eũ curreret: vt sanitatẽ coꝛpoꝛ reciperẽt. Qui si recte cogerent: ad vnitatẽ ecclie cogẽdo ꝛ opando currere deberent. Que quidẽ eccl'ia p̃ gr̃iam quã accepit. ꝛ in sacramẽtis q̃ distribuit sanitatem animaz conferre nõ desistit. Nota spiritual'r. Si vis sanari ab infirmitate anime tange vestimenta eius. scz hũilitatẽ psal. ciij. Abissus sicut vestimentũ amictus eius. Sicut enim abissus est instabilis. sic vnio hũane nature cũ diuina. Primo summatem. scz natiuitatis. qm̃ viribus pãnis inuolutus est. Secundo medũ. s. pcessum vite predicando. ieiunando. ambulando. Tercio fimbriã. scz aduentũ ad iudicium. Joh. v. Omne iudicũ dedit filio. Mathei xxv. Videbunt filiũ homis ꝛc. Et sanaberis in anima. Et general'r oĩ tempe. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiã ab oĩbus peccatis suis que opatus est ꝛc. vita viuet ꝛ nõ morietur. Et hoc cognouit psal. cxliij In quacũq̃ die inuocauero ꝛc. scz inuẽtus ꝛ senectutis. Itẽ general'r i oĩ populo. Act. x. In veritate comperi nõ est acceptor pso/narũ deus. sed in omni gente q̃ timet eum ꝛ opatur iusticiaz acceptus est illi. Nõ plus diuitem q̃z pauperẽ. seruum q̃z dominum. Ezech. xviij. Ecce oĩs aĩme mee sunt. Itẽ general'r in omni infirmitate spũali ꝛ coꝛporali. Math. iiij. Circũibat ihesus totaz galileam: docens in synagogis. et sanãs omnẽ languoꝛẽ ꝛ infirmitatẽ in populo. gregoꝛ⁹. Celestis medicus singulis vicijs adhibet medicamẽta. Ergo tange fide oꝛone ꝛ amore propter sanitatẽ recipiendã. Mistice Per mare in q̃ labozabant discipuli intelligitur pñs mundus. Nam mare multas hz proprietates. Primo in mari est aure instabilitas. Et sic homo in psenti mundo est instabilis. Job. xiij. Nunq̃z in eodez statu p̃manet. Sed sicut in mari fluctus eleuãtur et deprimunt. sic ꝛ in pñti mundo eleuatur homo p̃ superbiam. psal. xcij. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Et deprimitur p̃ paupertatem. demergatur in pfundũ petꝛi. Eccl. xxvij. Propter inopiã multi delinquerunt. scz rapiẽtes aliena. Aut se venales exponunt in luxuria. aut diuitibus inuident Ideo psal. lxxij. Deiecisti eos dũ alleuaren-

tur. Illam instabilitatẽ non euades dũmodo es in mundo. Aug. Inquietũ est coꝛ meum donec requiescat in te. Secundo in mari est aquarũ multiplicitas. Eccs. i. Omnia flumina intrant mare ꝛc. Et sic in mundo miserie multitudo. Trenoꝛ. ij Magna est eni velut mare contritio tua. Et Job. xiij. Repletur multis miseriis ꝛc. Eccs. ij. Cunctis dies eius doloribus ꝛ erumnis pleni sunt scz a die natiuitatis vsqz ad diẽ mortis. Tercio in mari pisces maiores deuorant minores. Et sic potentes in mundo opprimunt pauperes. Jacobi. ij. Nonne diuites p̃ potentiam opprimũt vos. Quarto in mari est fluctus velocitas. Et sic in mundo vite brevitas. Job. xiij. Breues dies hoĩs sunt. ij. Regũ. xiij. Oẽs morimur et quasi aqua dilabimur. Nam sicut semita nauis nõ videtur. ꝛ volatus auis. sic puloꝛ ñ est memoria. Baruch. iij. Ubi sunt principes gentiũ qui dñantur bestijs terre. qui in auibus celi ludunt. qui argentũ thezaurizant. ꝛ auꝛ in quo confidũt homines. ꝛ nõ est finis acq̃sitionis eoꝛ. Descenderũt ad inferos et alij loco eoꝛ surrexerunt. Quinto in mari est periculositas. Et sic in mũdo. Eccs. ix. Nescit homo finẽ suum ꝛc. Simil'r incertitudo in anima Eccl. ix. Nemo scit an amoꝛe vel odio dei dignus sit. Ideo si volum⁹ secure peruenire ad litus salutis ascendam⁹ in naue penitentie. De qua Jsaie. lx. Me enim insule expectant ꝛ naues maris in principio vt adducam filios de longe. id est ꝺ vijs peꝛcatoꝛ. Et itez Jsaie. lx. Filij tui de longe venient. quia peccatores elongati sunt a deo. psal. cxviij. Lõge a peccatoribus salus. Hãc nauem debemus ascendere multis de causis Nam primo aliquis ascendit nauẽ ne submergatur in pfundũ. et sic nos. Nam oĩs nõ existentes in naui penitẽtie submergũtur in anima. Luc. xiij. Nisi penitentiã egeritis oĩs simil'r pibitis. vt iudas cayn esau ꝛc. Secundo aliquis ascẽdit nauẽ propter propriam vtilitatẽ. Et sic ascendere debem⁹ in nauẽ penitẽtie. quia p̃ eam mercabimur remissionem peccatorũ. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiã de iniquitatibꝫ suis omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor. Itẽ ascensus in nauẽ penitentie confert gloriaz Math. iij. Penitentiã agite appropiquabit enim regnu celoꝛ. Item ascensus in nauẽ penitentie liberat ab inimicis. Ezech. xiij. Tradam te inimicis propter pctã tua ꝛ per pniam liberaberis. Et ezech. xviij. Conuer-

timini ⁊ agite penitentiam et nō erit vobis iniquitas in ruinā. psal. lxxiij. Ne tradas bestijs animas confitē. tibi. Tercio dēm⁹ ascēdere nauem pnie ꝑpter christi benignitatē Romanoꝝ. ij. Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitētiā te adducit. De hac benignitate dicitur Sap̄. xi. Misereris omniū domine qꝛ omīa potes. et dissimulas peccata hoim propter pniam. Et ezech. xviij. Nolo mortem peccatoꝝ ⁊c. Et. i. Thymo. ij. De⁹ vult omnes homies saluos fieri: et ad agnitōem veritatis venire. Quarto dēmus ascendere nauē penitentie ꝑpter tempis oportunitatē scd̄a Corinth. vi. Ecce nūc tp̄s acceptabile. Psal. ci. Misereberis syon qꝛ venit temp⁹.

Item notandū ascēdentibꝫ nauem pnie triplex est ventus contrari⁹. Primus vent⁹ est temptatio dyaboli. Iste est vētus de quo d̄r Job. i. Uentus vehemēs irruit a regiōe deserti et concussit quattuor angulos dom⁹. Quattuor anguli domus sunt quatuor virtutes aīe. s. prudētia. iusticia. tēperātia ⁊ fortitudo. Tunc isti quattuor anguli concutiuntur ⁊ domus cadit. quando homo g̃uem temptatōem passus: non habet vsum istarū virtutū. Huic vento debꝫ hō resistere ꝑ fidē p̄ma Petri. v. Uigilate qꝛ aduersari⁹ vester ⁊c. Cui fortiter resistite in fide. Secūd⁹ est vexatio carnis. Gala. v. Caro concupiscit aduersus spm̄. Sed oportet resistere per abstinentiam. s. abstinendo a delectatiōibꝫ prauis et a supflua cibatione ⁊ potatōe. Eph. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Id̄o apl's talem materiā in se refrenabat dicens. i. Coꝝ. ix. Castigo corpus meū ⁊ in seruitutem redigo. Tercius ventus est mūd⁹. Johis. xvi. In mundo pressuraꝫ habebitis. Huic vento debem⁹ resistere ꝑ fugam. i. Johannis. ij. Nolite diligere mundū neqꝫ ea que ⁊c. Quia dic̄ Aug. Mundus vult seruitores suos vorare ⁊ nō portare. Ideo rogabat ꝓpheta psal. lxviij. Non me d̄mergat tempestas aque neqꝫ absorbeat me i ꝓfūdū. Item contra ꝑicula maris naute multa faciunt. Primo naues exonerant. scd̄o aquas exhauriunt. tercio rupturas obstruūt. quarto anchoram iaciunt. Primo naues exonerant. et sic nos nauē anime exonerare dēm⁹ per largitōem elemosine. Daniel. iiij. Pctā tua elemosinis redime. Figuratur Jone. i. vbi naute ꝓiecerunt bona ad mare vt saluarent̄. Spiritualiter. sic nos tempalia. psal. lxxi. Animas pauperꝫ saluas faciet. ex vsurꝫ et iniq̄tate redimet animas eorum. Sꝫ heu de aliquibꝫ conq̄ritur psal. xlviij. Simul insipiens ⁊ stultus peribunt. relinquēt aliēis diuitias suas ⁊c. Secūdo exhauriūt aquas Et sic nos abijcere debemus supbiam ꝑ hūilitatem. Trenoꝝ. ij. Effunde sicut aquā cor tuum an̄ conspectum dn̄i. Nam qui supbiam nō effundit: hic peribit. psal. lxxij. Deiecisti eos dum alleuarentur. et subito ꝑierūt propter iniquitatē suam. Et econtra ꝓuerb. xxix. Humilē spiritu suscipiet gloria. Tercō rupturas obstruunt. Sic nos foramīa sensuum obstruere debemus pre timore domini Quia d̄r Hiere. ix. Mors intrauit ꝑ fenestras. id ē ꝑ sensus exteriores. Eccī. xv. Qui timet deum faciet bonū. Quarto anchoram iaciunt in ꝓfundū. scꝫ spei. Unde hebr. vi. Fortissimū solamen habeamus qui confugimus ad tenendā ꝓpositam spem. psal. xvi. Saluos faciet sperantes in se ⁊c.

Dominica Inuocauit.
Sermo IX de epistola.

Hortamur vos

h ne gratiam dei inuacuū recipiatis ij. Coꝝ. vi. Solent p̄ncipes qn̄ pugnaturi sunt cum hostibꝫ suis premonere populū suum vt strēnue agant. Spūal'r. Sic nunc exercit⁹ militie christiane ad pugnam egreditur contra nequicias demonuꝫ et aduersus acies viciorum. Idcirco apl'us tanq̄ dux belli strēnuus exhortatione prudenti nos animat in epistola hodierna sicut precepit dominus Deutero. xx. Appropinquante prelio stabit sacerdos ante aciē. Et sic loquetur ad populū. Audi isrl'. vos hodie contra inimicos vr̄os pugnam cōmittitis. non ꝑtimescat cor vestꝝ. nolite metuere nolite cedere. nec formidetis eos. qꝛ domin⁹ deus vester in medio vestri est. ⁊ ꝓ vobis cōtra aduersarios dimicabit. vt eruat vos de ꝑiculo. Talia sacerdos stans an̄ aciē loquatur ad populū. Spūal'r. sic hodie hortatur nos apl's vt arma regis nostri nō abijciam⁹ sed in eis viril'r dimicem⁹. cum ait. Hortamur vos ⁊c. In summa epl'e tria innuuntur. Primo hortatur nos ad virtuosam operatōnē. ibi. Hortamur Secundo subbit temporis beneplaciti susceptionē. ibi. ecce nunc Tercio docet nos habere copiosam ꝑfectōeꝫ ibi In omībus exhibeamus ⁊c. Uel sic. in summa epistole duo innuūtur. Primo hortatur nos ad suscepte gratie ostensioneꝫ. ibi

Fratres hortamur. Secūdo prohibet scandali offensionem. ibi. Nemini dantes vllaz offensionē. De primo dic̄. Hortamur vos ne gratiam dei inuacuū recipiatis. id est ne sine fructu dei gratiam quam suscepistis stare faciatis. Pro quo nota. multa sunt bona que prestantur nobis ex dei gratia. Prima sunt bona naturalia que contulit nobis in ipsa creatione. scilicet corpus cum sensib⁹ animā cum viribus. scz potentiaz discernendi inter bonū ⁊ malum. potentiā appetendi bonū ⁊ detestandi maluz. dedit nob similiter ⁊ liberum arbitrium. vt libere ⁊ nullo cogente declinaret homo a malo et faceret bonum Et per hoc meret̄ bonū eternum. Vn̄ Deuteronomij. xxx. Testes enim inuoco celum ⁊ terram ꝙ ꝓposuerim vobis vitam ⁊ bonū: benedictionē et maledictionem. Elige ergo vitam ⁊c̄. Et eccī. xv. Apposui tibi aquaz et ignem ad quod volueris extende manū tuam. Et in hac libertate ꝯsistit tota dignitas hominis. Unde valde stulti sunt qui dicūt Quare deus non fecit hominē talem qui peccare non posset: quoniā non esset merito suo commendabilis. Hec enī est maxima commendatio viri iusti qui potuit transgredi ⁊ non est transgressus Eccī. xxxi. Hanc grām inuacuū recipiūt qui maluz diligūt ⁊ bonū fugiūt. ⁊ q̄ exhibent mēbra corpis arma iniquitatꝫ. Alia bona q̄ habent̄ ex dei g̃tia sunt temp̄alia vt sanitas corpis. tranquillitas tēporis. et fertilitas rerū. Sed miseri sanitate corpis abutūtur luxuriādo. Vn̄ salomō ꝓuerbioꝝ. v. Ne des alienis. id est demōibus honorē tuum. Singuli hn̄t honorez suum Coniugati habent honorē cōiugij Cōtinentes honorem cōtinentie. Virgines honorez virginitatis. Et annos tuos crudeli. scilicet tempus tibi ad pn̄iam deputatū ne dissipes

Nota multi sunt modi quib⁹ cognoscit̄ ꝙ quis grāz dei inuacuū recipit. Primo qn̄ quis grās deo nō agit. Bern̄. Non ē dignus dandis q̄ non agit grās de datis. Scdo qn̄ bonū quod habet de gratia quasi ꝓpter meritum suum sibi attribuit. quod est ꝯ apl'um ꝑma Coꝝ. iiij. Quid habes qd̄ non accepisti. Aug⁹. Memento quidq̄d habes aliūde habes. impfecte habes: amittere potes. Tercio quādo g̃tiam collatā et gratꝫ datā quasi voluntarie reijcit. De quo Osee. viij. Proiecit israel bonū. Crisꝰ. Gratia est adiutoriū infirmitatis hūane. s. vt mundū ⁊ dyabolū vincat. Exemplū in vitaspatꝝ de illa muliere que cum vicisset dyabolū. ⁊ demō dixit vicit me illa. Rn̄dit illa. Non ego: sed dn̄s meus. Apl'us. ij. Coꝝ. xi. Non ego sed g̃tia dei mecum. Quarto qn̄ ꝑm eam non operat̄ ꝑma Thimo. iiij. Noli negligere g̃tiaz dei q̄ est in te. Quito qn̄ in g̃tia nō ꝑseuerat. Hebreoꝝ. xiij. Optimū est gratia stabilire cor. Seneca. Quid ꝓdest cibus corpi q̄ assumitur et statim reijcitur. et sic g̃tia anime si cito perditur. Crisꝰ. Tolle ꝑseuerantiā nec habz mercedē obsequiū. nec g̃tia bn̄ficiuz. nec fortitudo laudem. Item ꝑ grām dei possum intelligere bn̄ficium redemptōis. De qua gratia. ij. Coꝝ. viij. Scitis grām dn̄i ihesu xp̄i cum diues essz ꝓpter nos egen⁹ factus ē vt illi⁹ inopia diuites essem⁹. Eccī. xxix. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscarꝫ. Et aug. loq̄ns de tali gratia dic̄. Redemit venditos viuificat occisos. honorificat iniuriatos. Gratiam istā inuacuū recipit qui tanti bn̄ficij immemor existit. s. ꝑ ingratitudinē qd̄ ē maximū pctm̄. vt dic̄ Bern̄. Ingratitudo est ventus vrens exiccans fontem pietatis. Idcirco in pn̄ti tempe non dēmus grāz dei inuacuū recipe. Rationē subdit. Tēpe accepto exaudiui te. scz a peccatis liberādo. Galataꝝ. iiij. At vbi venit plenitudo tp̄is mi. de. fi. su. ⁊c̄. Et subdit In die salutꝫ. s. q̄ nata est vera mundi sal⁹. adiuui te scz ꝑ miscdiā tibi exhibitam. Dicit ergo Ecce nunc tp̄us acceptabile. s. ad agendū pn̄iam. qz nunc acceptat̄ sacrificiū iusticie. ecce nūc dies salutꝫ. s. ad ꝓmerēdā gl'iaz qz nūc acq̄rit̄ meritū salutis eterne. Hanc grām inuanū recipiunt qui de die in diem penitere differunt. De q̄ Job. xxiiij. Dedit ei dominus locum pn̄ie ⁊ ille abutitur eo in sup̄bia. Apoc. ij. Dedit ei tempus vt pn̄iam ageret ⁊ nō vult penitere a fornicatōe sua. Tales sunt hn̄tes vocē coruinam dicentes. Cras cras: ꝓtrahētes vsqz ad sabbatū pasce. De q̄bus Eccī. v. Ne tardes conuerti ad dn̄m deū tuū. Nota multa sunt q̄ ꝓmouent hominē et hortant̄ ad penitentiā. Primum dei benignitas. Secundum tp̄is oportunitas. Tercium penitētie vtilitas. Quartū est duratiōis nocibilitas vt habetur alibi. Attamen sciendū est ꝙ multiplex legitur tēpus in sacra scriptura. Est enī tempus acceptabile. tēpus miserabile. temp⁹ formidabile. De ꝑmo dicit̄ i textu Ecce nūc tp̄s acceptabile. s. in q̄ medic⁹ ꝑ se venit offerens vngenta suauitatꝫ et curans vulnera pctōꝝ. In quo tempe possum⁹ con

stituere pacem cum angelis et hominibus Hieremie.viij. Expectauim⁹ pacem ⁊ non venit: queſiuimus temp⁹ medele ⁊ ecce formido. Ubi loq̃tur d̃ h̃ tempe g̃tie. deideras illud videre. Et hoc tempus gratie nūc habes. Nam temp⁹ quadrageſime eſt acceptabilius ad lucrādum q̃z alia tempa. Primo quia campſores nunc in locis ſuis inuentū tur. id eſt penitentiarij parati ad audiēdas confeſſiōes. O q̃z felix mutatio fit in foro penitentiali. Uiliſſima eni moneta eſt quam peccator apportat. et preciosiſſima eſt quaz deportat. qz peccata ſua ibi dimittit et g̃tiaz dei ibi acquirit. Thob.iij. In tpe tribulatōnis peccata dimittis hijs q̃ inuocāt te. Jtē in quadrageſima quaſi in nundinis dei abundanti⁹ venalia exponunt. ſ. ipm regnum celorum. Uñ dic Aug. Uenale habeo quid regnum celoz. ⁊ tm̃ valz quantū habes. At tamen in nūdinis iſtis quid p̃cipue emendum ſit. oſtēdit nobis dñs Apoc.iij. Suadeo tibi emere a me auz ignitū pbatum vt locuples fias. Auz iſtō eſt caſtitas aut charitas. Unde auz emunt q̃ charitate ſtudēt Sz ſunt aliq̃ qui in nundinis iſtis plūbuz vel argentū emūt. Illi reuera emūt plūbuz qui opa miſcdie in mortli pctō faciūt. Opa eni mortalia ad ſilitudinē plumbi ſunt ponderoſa et non pciosa. Argentuz vo emunt q̃ ſapientiā huj⁹ mundi ſequūtur. Nam ſic argentū non reputabāt alicuius precij tēpe ſalomonis. vt legit tercij Regū.x. Sic ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum ꝓma Loz.iij. Jdeo in h̃ tempe dēmus emere aurū charitatis ⁊ miſcdie. pſal.ci. Quia tempus miſerendi eius: qz venit tps. Et h̃ tempe ſtrictiſſima eſt reddenda ratio. Anſ, O lignum aridū quid rndebis cum exiget a te vſq̃ ad oculi ictum. Bern̄. O me temp⁹ tibi impenſum requiret a te qualr̃ ſit expenſum. Sed heu ꝓqueritur hieremias de aliquibus capl'o viij. Miluus in celo cognouit tempus ſuū. yrundo ⁊ ciconia cuſtodierunt temp⁹ ſuum. Sz miſer pctōr h̃ tēpus refutat et negligit. Cum tm̃ dicit Bernard⁹ Nihil preciosius tempe. qz de eo valde exiguum prestatur nobis. iij. philicoz. Nihil habemus de tempe niſi nunc. Ergo ſumma cum ꝓuidentia eſt ad ſalutē anime in eo reſpiciendum. Eccs.ix. Quocunq̃ pōt manus tua opari: inſtanter fac. Et yſaie.lv. Querite dñm dum inueniri pōt: inuocate eū dum ꝓpe eſt. ſcz in tempe preſenti. Secm̃ tempus miſerabile. ſcz temp⁹ mortis. De h̃ ij. Thimo.iiij. Tempus reſolutōis mee inſtat. id eſt mortis quod eſt incertū. Eccs.ix. Neſcit homo finem ſuū. ſed ſicut piſces hamo ⁊ aues laqueo capiuntur. ſic homies in tempe malo. Et loq̃tur h̃ de carnalib⁹ q̃ nō preuidēt diem mortis. et ideo quaſi irrationabilia animalia rapiunt ad locum damnationis. Job.xxi. Tenent tympanū et cytharam et gaudent ad ſonitu⁹ orgāni. Ducunt in bonis dies ſuos et in puncto ad infernuz deſcendūt. De hoc tempe dicit Eccs.xi. Si homo annis multis vixerit: et in h̃js omnibus letus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis. id eſt mortis. Et in hoc tempore difficile eſt penitere. Aug. Tunc morbo vrget. pena terret. vox clamat. mund⁹ delectat. Eccl.xviij. Confiteberis viuens: viuus ⁊ ſanus confiteberis. Brego. Timendū eſt qui tempus ſenectutis expectat ad penitendum. nedum ſperat miſericordiā inueniet iudicium. Bern̄. Infelix homo q̃ flore inuentutz offert dyabolo. et feces ſenectutis deo. Pſal. lviij. Fortitudinē meam ad te cuſtodiā. Eccleſiaſtici.xiij. Ante obitū operare iuſticiā. ante languorem adhibe medicinā. Dic enim Aug⁹. in libro de pnīa. et h̃ diſt. vij. c. nullus. Nullus expectet quouſq̃ peccare non poteſt. Arbitrij libertatem requirit dom⁹ vt deleat commiſſa nō neceſſitatez. Jdeo ſb dic. Periculoſiſſimū eſt vſq̃ ad mortē protrahere. Math. vij. et Lu.xij. Contendite intrare p angustaz portā. ſ. pnie. ne claudat ianua diuine miſcdie. Breg. in moza. ſuper illud Clauſa eſt ianua Qui tps congruum pnle pdidit. fruſtra ad regis ianuā precibo pulſat. Nox eni poſt iudiciū precū aut meritorum locus erit. Aug. de ꝓbis dñi. Tunc ianua lugentibus claudit que nō quotidie penitentib⁹ apit. tūc erit pnia ſz nō fructuoſa. tē. Tercium eſt tps formidabile. De q̃ pſal.lxxiij. Cuz accepo tps ego iuſticias iudicabo. Nō ſolū iuſticias ſz iniq̃tates ⁊ malicias. Uñ.ij. Loz.v. Unuſquiſq̃ recipiet put geſſit ſiue bonum ſiue malū. De h̃ tēpe Math.xiij. In tempe meſſis dicam meſſoribus. colligite zyzania ⁊ alligate ea in faſciculos et p̃cate in ignē ⁊ ibi erunt eternaliter Pſal.lxxx. Inimici dñi meriti ſunt ei et erit tempus eoz in ſecla. Jdeo ad Gala.vi. Dū tempus hēm⁹ operemur bonū. Nam in illo tē pore formidabili nō poterim⁹ penitere pſal. vi. In inferno q̃s confitebit tibi. q. d. null⁹.

Jdeo Apocalipſ.x. Jurauit angelus q̄ poſt hoc tempus non erit amplius tēpus ſcilicet miſericordie ⁊ penitentie: ſed iuſticie. Jdeo ſubdit Ecc.iij. Fili obſerua tempus. Rationem ponit Hiero. Sicut non perit capillus de capite: ſic nec momentū de tempe Et Criſo. Omni rei oportet magis parcere q̄ tempori. Aurū ſi perdideris recuperare poteris. tempus aut̄ non reſumes. vt legit̄ in vitaſpatrū de anima plangenti penā ⁊ inter multitudinem penaꝝ deplanxit amplius tempus perditum.

De eodem Sermo. X. de euangelio.

Actus eſt ihe

ſus in deſertū a ſpiritu vt temptaret a dyabolo. Math.iiij. Marci.i. Luce.iiij. Ubi duo haſtiluſores haſtiludunt ſimul. tunc ſi vnus cadit: alter eius fautor ⁊ amicus capit eius arma haſtam et galeam. et in ſpecie prioris illo ignorāte appropinquat. Spūaliter. Et ſic q̄n primus hō bellauit cū dyabolo. tunc amicus noſter ihs chriſtus induit noſtre carnis loricā ⁊ haſtā noſtre fragilitatis cū galea defectuoſitatis. et approꝑinquauit ad eum. ſcz dyabolū ipſo ignorante. Figurat.i. Macha.xij. Poſt q̄ triphon vicit ⁊ occidit Jonathan. tūc ſymon frater eius aſſumpſit ſibi populū ſuū ⁊ tris et officiū ⁊ vindicauit frēm ⁊ occidit triphon. Spūaliter Per triphon intelligitur dyabolus qui ſupauit Jonathan. id eſt primum hominē quouſq̄ venit ſymon. id eſt chriſtus: obediens patri. et iſte nos vindicauit in eadem forma humana. Joh.xij. Nūc princeps huius mundi eiciet̄ foras.

Aliud thema. Videmus q̄ vbi rex militiam ſuā ad pugnandū mittit. ſi contingat eos male pugnare: ita vt dux exercit⁹ ⁊ alij probi viri quidā occidantur et quidā capti uantur. tunc rex aſſumit per ſe arma ⁊ vadit ad prelium ad vlciſcendū iniuriam ſuoꝝ et verecundiam. Et qui fugierūt nō ſunt auſi facie eius videre. Spiritu aliter. ſic eſt de genere humano ⁊ chriſto. Figurat Joſue vij. Cum mitteret Joſue de hiericho viros contra haij percuſſi ſunt ⁊ corruerūt.. Ipſe autem ioſue reuerſus percuſſit viros haij: ita vt nullus de tanta multitudine ſaluaretur. Spiritualiter. Chriſtus rex celi cum videret genus humanū in campo huius vite ſuccūbi. et adam ducem cū maiori parte ꝓſtratū induit armaturaꝝ. Philipp.ij. Habitu inuentus vt homo. in deſerto hui⁹ mūdi. pſal. xvij. In te eripiar a tēptatōne.ij. Pe.ij. Nouit deus pios a temptatiōe eripere. De quo introitus Jnuocauit me ꝛc. In epl'a hortamur. Ecce nunc in die ſalutis adiuui te.

In ſumma euangelij tria innuūtur. Primo quomō chriſtus audacter bellū ē ingreſſus. Secundo quomō callidus hoſtis eius eſt aggreſſus. ibi. Et accedens ꝛc. Tercio q̄ modo fortiter ideꝫ hoſtis eſt oppreſſus. ibi. Uade ſathanas. De ꝑmo dicitur. In illo tempe. ſcz poſt baptiſmū immediate ductꝰ eſt ihesus in deſertum. Gloſa. quod eſt inter hieruſalem et hiericho. vt dicitur Lu.x. Et hic ductus fuit a libertate arbitrij. ergo a ſpiritu ſancto. ij. Cor.iij. Ubi ſpūs dñi ibi libertas. Et fuit hic ſpūs qui in ſpecie columbe manſit ſup eū. De quo yſa. lxij. Spiritꝰ domini ductor eius fuit. Subdit rationez Ut temptaretur a dyabolo. Criſoſto. Chriſtus ſciebat q̄ dyabolus eū temptare deſiderabat. et tamē dyabolus aduerſus chriſtum ire non poterat. ideo xp̄us contra dyabolum ꝓceſſit. Sed diceres. Cur in deſerto ⁊ nō alibi. Rñdet Baſilius. quia locus ſolitarij eſt temptationi aptus: vt ptz in prima mu liere. Sed diceres. Cur temptari voluit chriſtus. Reſpondeō multis de cauſis ſm ſanctum Thomā parte.iij.q.xli.arti.i. Primo vt nos omes temptandos oſtenderet. Eccl. ij. Fili ad temptatōem prepara animū tuū Et ſm Hylarium: vt oſtenderet omnez hominē quantūcunq; ſanctum: eſſe temptatōi bus ſubdituū. Job. vij. Militia ē vita hoīs ſuper terram. Secundo ſm criſoſtomū. vt audaciam dyaboli reprimeret. et nobis contra temptatōes auxilium ferret. Tercio vt nullus temptatus indignareꝰ Mathei.x. Non ſit diſcipulus ſup magiſtrum. Aug. Magna eſt conſolatio membris a capite. Jnnocentius. Non deſperet qui temptatur quia temptatꝰ eſt ſaluator. Quarto vt eis aſſiſteret. i. Cor.x. Fidelis deꝰ qui nō patiet̄ vos temptari ſupra id q̄ poteſtis ꝛc. Bre gorius. Sicut morte ſua chriſtus noſtram vicit. ſic noſtras temptatōes ſuis ſuperauit

Nota tamē Greg. dicit q̄ temptatio tribus modis fit. ſcz ſuggeſtione. delectatōe: et conſenſu. Suggeſtione ſaltem extrinſeca et non intrinſeca. q̄ in carne temptatus ē xp̄s et hoc nō eſt peccatū. tnō delectatōe. vbi eſt peccatū veniale. nec cōſenſu in quo eſt pctm

mortale vt dicit Augustin⁹. Moraliter Per desertum intelligitur penitentia. quia dicit Augustinus. Omnis christi actio nostra est instructio. Sed christus ductus est a spiritu. scilz sancto in desertum. Et sic homo per se non potest ingredi desertum penitentie. sed per solam grām. Romanorū. viij. Quicunqz spiritu dei aguntur: hij filij dei sunt. Primo hij filij dei sunt qui in heremo sunt aque amare. et sic contrito in penitentia. Trenoz. ij. Velut mare contritio tua. Item in deserto sunt ignei serpentes. id est impugnatio dyabolica. Unde Petrus ravannenſ. Actoz malicie. origo nequicie. semper hominibus laqueos protendit et foueas fodit. Innocentius. Nullus putet se i hac peregrinatione omino temptatōnibus dyaboli posse carere. Nulla persona. nullus locus. nullum tempus excluditur. Ecce q̄ callidus Nō hominē qualēcunqz: sed thesum id est saluatorem qui peccatū non fecit temptauit. Quid faciet peccatoribus: si christū temptauit in heremo. vbi nulla temptandi causa vl occasio. Quid faciet manenti in ciuitate vbi loci amenitas. vestium preciositas. diuitiarum iactantia. Si ieiunantem quid in delicijs viuentez. Si in templo q̄d in lecto. Gregorius. Maligni spirit⁹ quasi latrunculi iter nostrum obsident. Subdit. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurijt. Ieiunauit. scz vt non sumeret cibuz. Et hoc propter tria. Primo vt ostenderet se dei filium.

Sed diceres. tamen Moyses et helyas etiam ita ieiunabant. Soluit chrisostom⁹ dicens. Illi esurijrunt. christus non. Ipi virtute alterius sustentabantur. Christus propria virtute. Secundo ſm Basilium: ideo tantū ieiunauit vt ostenderet volenti vincere dyabolū necesse esse ieiuniū Math. xvij. Hoc genus demonioz in solo ieiunio t oratione ejcitur. Tercō ſm Gregorium vt suo ieiunio nostrū ieiunium instituteret. Nota tres sunt cause cur institutū est ieiunium quadraginta dieruz. Primo quia relinquimus in quattuor euangelistis: et decem preceptis. vt dicit gregorius. In hoc debemus penitere. Secundo ideo quia sicut ex lege iubemur deo offerre decimas totius anni frumentales. ita decimas temporū. Nam quadragesima continet. xlij. dies. sed quia sex dies dominicos nō ieiunamus propter gaudium resurrectiōis quo christus bis comedit. ideo manent tantū. xxxvi. dies ieiunales. ergo addunt quattuor precedentes qui quadraginta sunt decimē tempoz. quia annus habet. ccclxv. dies. Tercio ſm Ambrosium ideo quia per quadraginta dies aque diluuij inundauerunt super terram propter peccata. ergo peccata nostra per abstinentiam quadraginta dierū deleamus. vt impleam⁹ quidquid deliquimus. vt cursor implet altera die quod in vno neglexit. Nota licz illo tempe christus nihil comederit. nos tamen semel ob infirmitatē humanitatis possumus cibum sumere ad sufficientiā Sz diceres. Cur non ieiunamus eo tempe quo christus scilicz post epiphaniā et baptismū Respondetur primo: quia nunc instat anniuersarius christi passionis. Ergo vt sibi compatiamur portando crucem penitentie et cum eo resurgamus a vicijs t a morte anime. ideo isto tempore institutū est h̄ ieiunium. Secundo ideo vt imitemur filios isrl: quia illo tempore exierunt de egypto. post h̄ eo tempore exierūt de babylonia. quod inde probatur: quia tam isti q̄ illi statim celebrauerunt pasca. Et sic nos primo egrediamur de peccatis vt deinq̄ eamus in terram promissionis. Tercio propter furorez libidinis qui in tempore veris solet nos magis accendere q̄ alijs anni temporibus. Ergo refrenemus carnis concupiscentiā per ieiuniū. scda ad Corinth. vi. In ieiunijs t castitate &c. Hieronim⁹. Per abstinentiā cibi t potus tepescit ven⁹. Prouerb. xxvi. Si defecerint ligna extinguitur ignis. Sequitur. Post ea esurijt. Et hoc ppter duo Primo vt ostenderet se esse verum hominē vt prius verum deum. Vel ſm Basilium: ad ostendendum q̄ famem sponte assumpsit vt ceteros refect⁹ Secundo ſm Basiliuz: vt prouocaret dyabolum ad temptandū eum. Dixi secūdo innuitur quomodo callidus hostis est euz aggressus di. Et accedens temptator. id est diabolus qui habet hoc nomen ab officio. de quo Crisostomus. Nec manducat nec bibit: nec aliud opus habet q̄ q̄ incessanter tēptat. ideo dicitur temptator. Et accedens. Dicit Nycolaus de lyra. Sciuit dyabolus ex pphetia ysaie. ix. q̄ christus deberet esse deus t homo. iuxta illud. Paruulus natus est nobis et filius datus est nobis. Ecce ꝑa humanitas. et vocabitur nomen eius ammirabilis deus fortis. ecce manifesta ei⁹ diuinitas. Item sciuit tempus forte completū per

Danielem expressum. ⁊ p regni translatōez iudeorum ad Herodem alienigenā. vt habetur Genes. xlix. Non auferetur sceptrum de iuda ⁊c. Sed nesciebat certitudinaliter an ihesus esset christus. Ueruntamen propter eminentiam sanctitatis eius habebat quandam coniecturā. eyn verdenckeu. Dubitauit enim dyabolus. quia vidit eum natum de muliere. et flentez ⁊ circuncisum ⁊ fugientem in egyptū. et baptizatuz ⁊ sitim et famē patientem. et propter hoc putauit eum esse hominē. Item ex alia parte non nouit eius patrem. vidit angelos letantes. stellam magos ducentez. et ideo putauit eū deum. Ido voluit hoc experiri per temptatiōez. ⁊ videns eum esuriem pati putauit eū esse puꝝ hominem. Et per hoc voluit eum ducere ad peccatū gule. Maximus dic̄ ꝙ trāsfigurauit se dyabolꝰ in speciem humanā. Augustinus Hic dyabolus fuit lucifer qui primū hominem supauit. Et assumpsit habitū religiosū vt a xp̄o putaret̄ heremita. Et accedēs quasi compatiendo fami christi. quasi diceret. Ecce diu ieiunasti: nunc indiges cibo qui in deserto non potest haberi. Si filius dei es. dic vt lapides isti panes fiant. Audiuit dyabolus vocem patris. Hic est filius meus dilectus. Incredibilis huic voci cogitans si cōuerteret lapides in panes. tunc ipse esset scz dei filius dilectus Sed prius christꝰ signa non fecerat. sed debebat signa facere ad vtilitatem credentiū. Etiam si fecisset dyabolus melioratus nō fuisset. sed gloriatꝰ ꝙ christū in miracula duxisset. Sed dyabolus nō fecit mentionē de refectione anime que est hominis potior pars. ideo a christo repellitur tanq̄ doctor indiscretꝰ. Qui respondēs ait: Scriptū est scz Deutere. viij. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Rabanus. Sicut corpꝰ humanuz nō viuit sine cibo terreno. sic nec anima sine dei verbo. Ergo considera quid nūc debes respōdere diabolo. cū inuexat te dicēs. ieiuniū longuz. cibaria grossa. Responde ei Non in solo pane viuit homo ⁊c. O q̄ mltos dyabolus temptatione gule supat. Ecclesiastici. xxxvij. Propter crapulam multi perierunt. Galienus. Plures moriunt̄ gula q̄ gladio. Philipp. iij. Quoꝝ deus vēter est. Sed huic temptationi resiste per ieiunium. p̄ma Petri. v. Fratres sobrij estote et vigilate: quia aduersarius vester dyabolus ⁊c. Judith enī holofernem supauit cuz iaceret in lecto nimia ebrietate sopitus. Judith. xiij. Secundo temptauit eū dyabolꝰ de vana gloria. Dicit Crisost. Cum diabolꝰ ex christi responsione nihil certū haberet an esset dei filius. ait intra se. Si iste fame non vincitur. et si non filius dei. tunc sanctus est vir. Possunt tamē sancti viri vinci ꝑ vanaz gloriā. Tunc secundo reuersus dicit Maximus assumpsit formam cursoris fortissimi dicens. O debilis ⁊ attenuatus nec per teipsum ire vales: nec quicq̄ habeo vt te reficiaz Hanc tamen misericordiā tibi impendam: vt te in dorso meo portabo ad habitaculum hominū: vt quis tui scz misereri possit. ⁊ deus assensit. Nec mirū ꝙ christus dei filius permisit se a dyabolo duci. Quia dicit Gregorius in omelia. Quid ergo miruz si se ab illo permisit duci qui se etiam a membris illius pertulit crucifigi. scilicz a pylato et iudeis qui fuerunt membra dyaboli. Tunc assumpsit eum dyabolus scilicz ex superbia. et statuit eum supra pinnaculū templi. quod fuit vnuz deambulatoriū vbi sacerdotes populo predicabant. Et fuit intentio dyaboli vt a populo omni videretur. Christus tamē nō visus fuit ab aliquo nisi a dyabolo. quia fuit in eius potestate videri vl̄ non. Ido ait Si filius dei es mitte te deorsum. Hieroñ. Hec fuit causa temptationis si filius dei esset. quasi diceret Si hoc facis gloriosus apparebis in conspectu astantium. nec oportz te timere ne offendaris. Scriptuz est enim Angelis suis deus mandauit de te. vt custodiant te in omnibus vijs tuis. psal. xc. Gregorius. Unde tibi dyabole hoc. Scripturas legisti non vt melior esses sed vt deciperes: quia incomplete allegauit. scz non addendo. super aspidem et basiliscum ambulabis ⁊c. id est super demones ambulabis. scz eorum temptationes conculcando. Itez sic̄ falsus doctor: quia male intellexit eo ꝙ ñ solū de christo: sed de omni homine intelligendum est. cui s̄m Hieronimū datus est angelus in custodiam in temptatione. Ideo respondit ei per scripturā. Scriptuz est. Nō temptabis dominū deum tuum. Ille deum temptat qui exponit se periculis vt experiatur an deus eū eripiat. vt si quis nihil vellet manducare sed expectat vt deus eū cibaret. vel tangere ferrum ignitum. quasi diceret. Nam per viam bonam possum descendere scz per gradus factos. et si alias descenderez hoc esset deum temptare. Tercio tempta

uit eum de auaricia. Maximus. Uidens christum non posse superare in superbia et gula. tunc venit tercio in forma regis potentissimi cum exercitu maximo Et iterꝫ assumpsit eum in montē excelsum q̄ dr̄ quarētena et sub eo fuit riuulus fontis qui heliseuꝫ sanauit. duo miliaria a monte. Et ostendit ei omnia regna mundi. Chrisostom⁹. simpliciter per diuersas partes. id ē. gelegde. Ibi romanorum. grecorum. francorum. polonorum. et sic de alijs. et gloriā eorū. quasi diceret. Ibi crescit aurum. ibi argentum. ibi lapides preciosi. Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Uere mentitus est. iuxta illud Joh. viij. Mendax est ⁊ pr̄ eius. scilicet mēdacij. Nam dyabolus nihil proprium habet. psal. xxiij. Domini est terra et plenitudo eius ⁊c. Et forte se cognosci timuit. Ideo quasi desperatus venator qui omia iacula iacit. et sic dyabolus fecit. Tūc ait ei Uade sathanas. scꝫ in ignem eternum. quasi diceret. Hec est tua inueterata nequicia: vt honorem dei attrahas. Scriptū est enī. Dominū deum tuum adorabis. Deute. vi. scilicꝫ adoratione latrie. Crisostomus. Hic datur nobis exemplū vt proprias iniurias toleramus. dei autem iniurias nō debemus audire. Tunc reliquit eum dyabolus ī propria persona sed postmodū rediit per phariseos. Et angeli accesserunt et ministrabāt ei Crisostomus. Non dixit descendentes sed accedentes: ad ostendendū q̄ semper ad ei⁹ ministeriū fuerunt in terra. Sed tunc temptato domino recesserant ne forte si eos presentes sensisset malus angelus non appropinquasset. Item nota hoc ieiuniū institutum est ab ecclesia sancta. vt habet̄ de consecra. dist. iij. c. placuit. vbi dicitur. Placuit vt omnes fideles exceptis diebus dominicꝫ etiam die sabbati: sacerdotali oratione completa et discretionis cōmunione percepta ieiunent in quadragesima. Et ibidem canōe: non liceat. Nō liceat frēs feria quita nouissime septimane ieiuniū soluere et omnē quadragesimā exhonorare. Glosa sup̄ v̄bo exhonorare archidyaconi. Nil reputatur ieiunasse qui vnum diem nō ieiunat. Et sanct⁹ Thomas dicit in secunda secūde. Omnis qui venit ad tercium septenniū. id est vicesimūprimum annum tenetur ad hoc ieiunium. Ibidem sanctus thomas. q. cxlvij. dic̄. Ideo pueri q̄ꝫdiu sunt in statu augmentationis non tenētur ad hoc ieiuniū. Conueniens tamen est vt se exerceāt s̄m plus ⁊ minus s̄m modū sue etatis. Sed quid de peregrinantibus et dure laborantibꝫ. Respondꝫ sanctus Thomas ibidem ar. iiij. Si peregrinatio ⁊ operis labor cōmode differri pōt aut diminui absqꝫ detrimento corporal' salutis ⁊ exterioris status qui requiritur ad conseruationem corpalis vl' spiritualis vite nō sunt propter hoc ieiunia ecclesie p̄termittenda. Si autē immineat necessitas statim peregrinādi ⁊ magnas dietas faciendi vl' etiā multum laborandi. vel ꝓpter conseruatōeꝫ vite corpalis. vel ꝓpter aliquod necessariū ad vitam spiritualem. Et simul cū hoc non possunt ecclesie ieiunia obseruari: non obligatur homo ad ieiunandū. Uidetur tamē in talibus recurrendum esse ad supioris dispensationē. nisi forte alicui non esset cōsuetum. quia prelati dissimulātes videntur annuere. Item quid de cursoribus quoꝝ vsus est dominis necessarius. Respōdet s̄m Uuilhelmū. Si nō possunt simul currere et ieiunare excusant̄. Secus quando morātur et modicū vadunt. Item de pauperibus respōdet sanctus Thomas Pauperes si possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad vnā comestionē nō excusantur a ieiunio Si nō possunt excusantur. vt illi qui frustatim elemosinas accipiunt et māducant. Item q̄d de mulieribus pregnantibꝫ siue lactantibus Respondet Uuilhel. Si necessitas corpal' debilitatis impedit eas. nō tenentur ad ieiunium. si enī timeat̄ notabiliter de periclo vel de aborsu: etiam tenētur soluere. Hoc idem de infirmis debilibus ⁊ senibus. ⁊ sic de alijs Attamen in hijs omnibus cautū est habere dispensationē episcopi vel proprij sacerdotis. Hec Uuilhel. Et de cōse. dis. v. ca. Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus instituta sine necessitate rationabili nō soluātur. Hec Eusebius papa. Itē q̄d de confectionibus. Respondet sanctus Thomas in scda scde. q. cxlvij. q̄ non soluit̄ ieiuniū per confectōes vel electuaria sicut nec per alias medicinarum assumptiones nisi quis in fraudem sumeret vel in magna quātitate vel ꝑ moduꝫ cibi. Cui concordat Innocentius. Pro quo sciendū q̄ Gregorius. xxx. moraliū. et sanctus Thomas scda scde. q. cxlvij. ar. iiij. dicunt q̄ q̄nqꝫ modis temptamur vicio gule. Primo quando tempus p̄uenitur. Et sic

primi Regū.xiiij. Jonathas qui p̄uenit horam.scz nonā horam. Secūdo quādo cibi lautiores querūtur sine causa necessitatis sz voluptatis. Augustin⁹. Non cibus sed appetitus in culpa est. Et habetur.xli.dist. ca. non cogantur. Non cogant̄ diuites pauperum cibis vesci. vtantur cōsuetudīe infirmitatis sue. sed doleāt aliter se non posse sustentare: si consuetudinem mutant egrotantes vtantur sup̄fluis. dent inopibus necessaria Utantur preciosis. dent pauperibus grossa Tercio nimis comedendo vt mensuraz q̄s excedat. et sic peccauerūt sodomite. Ezech. xvi. Hec fuit iniquitas sodome ꝛc. Contra hoc dicit canon de conse.disti.v. Sint tibi quotidiana ieiunia refectio satietatem fugiens ꝛc. Quartus modus est ardenter cōcupiscere. vt faciunt qui cum cibaria in mēsaz venerint statim absq̄z orōe et vllo signo crucis deuorāt. In hoc excessit Esau genes.xv. Augustinus. Nō vsus rez sed libido est in culpa. Quīto nimis studiose comestibilia prepando. et salutē anime negligendo Sic peccauerunt filij heli.i. Regū.ij. qui accipiebant carnes crudas vt studiose prepararēt. Hec om̄ia patent p̄ hos versus. Preprope re laute nimis ardenter studiose. Israel et ionathas esau sodomita sacerdos. Ut bene ieiunas noli prandere gulose

De eodem.

Sermo XI

Cum ieiunassz quadraginta diebus ꝛ quadragīta noctibꝫ postea esuriit. Mathei.iiij. Postq̄z vestimentū multū fedatum est: noua sup̄ueniēs sordes non p̄cipit̄ que tamē in candido vestimeto statim apparet. Hoc itez videmus in atrio mūdo in quo vix potest vestuca cadere quin p̄pendatur. sed cum est immūdum grande lutū nō percipit̄. Spiritual'r. Homo deditus crapule semp̄ est in sordibꝫ. ideo cum sordior efficitur cadens. scz in lutum libidinis nō p̄cipit. vadit enim de sorde in sordem velut sus qui descēdit in stabulū sordiduz. s. demonū. Figuratur Math.viij. q̄ quidā habens in se legionem spirituū immūdorū hītabat in sepulcris. inde diuina virtute expulsi spūs illi immundi ingressi sunt gregem porcorū. deinde p̄cipitio ruerunt ī mare. Spūaliter. Per spiritus illos immūdos q̄ viuū hoīem tenebant in sepulcro. subaudi gulā ꝛ crapulam q̄ sunt vicia viuentē hoīem tenentia in sepulcris vt mortuū in fetore: eo q̄ sp̄ putrescit. Ducūt aūt hmōi vicia de sepl'cro ad porcos qñ gulosi trahūt̄ ad libidinē. Gula enī et crapula propter immudiciaz corporis et anime quam inducūt porcine feditati comparantur. Sed inde descēdunt p̄cipitio in mare. id est in infernū stabulo sulphureo cū demonibus deputandi: quibus se per immūdiciam totaliter assimilauerūt. Ambro. in libro de penitētia. Ebrius inquit cum absorbet vinum. absorbetur a vino. abominatur a deo. d̄spicitur ab angelis. deridet̄ ab homībꝫ confundit naturā. amittit grām. p̄dit gl'iaz. incurrit dānationē eternam. Ideo christus nos āmonens seip̄m ponit in exemplū virtutis. qui etiā postq̄z ieiunauit: esuriens noluit sequi diabolū. qui suasit ei vt faceret panes de lapidibus: temptādo eum per gulam Sed docuit nos abstinere: eo q̄ euangelista tangit eius ieiuniū dicens. Cum ieiunassz ꝛc. Nota p̄mo quale debet esse ieiunium. Secundo q̄ sint eius vtilitates. De p̄mo sciendū. Ieiuniū debet fieri plena ꝯuersiōe. pura intentione. deuota continuatiōe. vera humiliatione. De primo dicitur Joelis.ij. Cōuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu ꝛ planctu ꝛc. Qui ergo meritorie vult ieiunare primo cōuertatur. Parum est enī te abstinere a cibis quando nō abstines a vicijs. Isa.lviij. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis. Isidorus. Qui abstinent a cibis ꝛ praue agunt demones imitantur quibus esca nō est sed semp̄ adest nequicia. Ideo vt digne ieiunet̄ contritio confessio ꝛ satisfactio associentur ieiunio. Ergo dicit. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio fletu ꝛ planctu: et scīdite corda vestra ꝛc. Itez.ij. Paralip.xx. Josaphat timore p̄territus totū se ꝯtulit ad rogandū dñm: ꝛ p̄dicauit ieiuniū vniuerso iuda. Iuda ꝯfitens interp̄tat̄. Qui ergo vult digne ieiunare debet confiteri pctā. Itez satisfactō licet ieiuniū sit pars satisfactōis: tñ alie partes obmittende nō sunt. Thob.xij. Bona ē oratō cū ieiunio ꝛ elemosina magsq̄z thezauros auri recondere. Dicit notāter elemosina Unde ambro.li.d̄ ieiunio. Illud ieiuniū dñs approbat qd̄ ad eius ocl'os man⁹ elēosinarū leuat. Hoc quod tibi subtrahis alteri largi

re. Unde caro tua affligitur egeni caro repa retur. Ergo dr Math. vi. Unge caput tuū scilicz vngento duotionis tozonis. et lauā faciem. id est immundam conscientiā. aquā miserationis. Uñ ysa. lviij. Frange esurienti panē tuū tc. De scōo dr Baruch. i. Audientes plozabant ieiunabāt tozabant in ospectu dñi. Et bñ additur in ospectu dñi tnō in conspectu hominū. Ecce q̄ pura debet eē intentio ieiunij. Et nō sic illi de quibꝫ dicit .iij. Regū. xxi. Predicauerūt ieiunū tocci dere fecerunt naboth tc. Jeiunauerūt vt innocentē occiderent. et sic aliq̄ ieiunāt vt pallietur eoz nequicia. Et sic iudas osculabat dñm tradebat. De tercio iudith. iij. Sciote qm dñs exaudiet pces vras si manseritis pmanētes in ieiunio tobsecratōe in conspectu dñi. Quidā aūt bene incipiunt sz desistunt cito. Quidā vno die ieiuni sunt alio ebrij. Continuato aūt ieiunij precipue a superfluis cibis valet cōtra tria picula triū hostium. scz dyaboli carnis tmundi. Dyaboli vnde xps sathan vicit cū ieiunasset tc. Ambrosius. Jeiuni homis spuū si serpens gustauerit mozit. Uide quanta vis ieiunij si spurum terrenū serpentez interficit q̄d faciet spūali serpenti. Et in piculo maris Paul⁹ et socij eius ieiunū ptinuātes euaserūt naufragiū. Naz actuū. xxvij. dr Quartadecima die hodie expectantes ieiunū pmanetz nihil accipientes. Mare significat mūdū. psal. ciij Hoc mare magnū et spaciosum manibus. Pericula carnis sunt picula incōtinētie. lu. ij. Anna non discedebat de tēplo ieiunijs et oratiombꝫ seruiens. De quarto scz hūiliabaz in ieiunio aiam meā: attende qual debet esse ista humiliatio. qz debet esse quo ad te. q̄ ad ꝓximū. quo ad ꝓximū. Primo q̄ ad te. Ecci. xxxiij. Qui baptizat a mortuo. et iterū tāgit mortuū quid pficit lauatio illius. Et sic hō qui ieiunat in peccatis. titerū facit quid pficit humiliando se. oztionem illi⁹ q̄s exaudiet Ergo humiliatio eius quo ad se debet eē fructuosa. Scōo quo ad deum nō debet eē presumptuosa. sicut illoz qui dicūt ysaie lviij Quare ieiunauim⁹ tnō aspexisti. humiliauimus animas nostras tc. Tercio quo ad ꝓximū non sit iniuriosa sicut illius phārisei Lu. xviij. Jeiuno bis in sabbato. Iniuriose contempsit publicanū. Contra quod dicit Roma. xiij. Qui ieiunat mānducantē non spernat. De secundo que sint vtilitates ieiunij et quot sunt. Primo p ieiunium offensa dei placatur. Uñ ione. iij. Cuz ciuitas magna niniue interire debebat: tunc pdicauerunt ieiunū tribꝫ diebus tnoctibꝫ. Et sequit. Uidit deus opa eoz: qz cōuersi sunt a via sua mala. et mutus est iup malicia eorum quā locutus fuerat vt faceret eis tnon fecit Uidit deus opa tnon tm ieiunū. qz ieiunij sine alijs bonis opibus nihil pdest. Uñ legit Hester. iij. q̄ hester tribus diebꝫ ieiunādo tribus noctibꝫ: sententiā de morte iudeoz dataz reuocauit. sic tu fac. Secundo p ieiunij gtiā dei impetrat Actu. ij. Apli ieiuni spiritum scm acceperunt. tsic si vis habere grām spūssancti: studeuote ieiunare. Brego. in pfatōe. Qui corpali ieiunio vicia cōprimis. mētez eleuas. virtutem largiris tpremia. Ecce ieiunij mentez eleuat. cibꝫ q̄o grauat Luc. xxi. Attendite ne corda vra gueuē crapula tebrietate. qz omne graue dorsuz petit. vt ptz Lu. xvi. Mortuus est diues tsepult⁹ē in inferno. Ecce pseus crapula vertit in eternam penurią vt notuz est de diuite. Et econuerso vt liquet de lazaro qui portabat ab angel in sinuz abrae. Hoc testat hiero. dicens. Miserie delicijs delicie miseriꝫ comitant. Bern. Sicut ignis taqua simul esse nō possunt. sic nec spūales et corpales delicie. Tercio p ieiunij dyabolus supat Math. xvij. Hoc genꝰ demonioꝝ in solo ieiunio tozone ejcit. qz ieiunio dyabolo resistim⁹. Et sic arma q̄bꝫ nos impugnat auferim⁹ ei. qz concupiscentiā auferimus. Prouer. xxvi. Cū defecerint ligna extinguetur ignis. Et sic etiā hic de igne concupiscentie q̄ p ieiunij extinguit. Oādo etiā deū ad nos ꝓuocam⁹. qđ figurat Exo. xvij. Egyptij hꝫ audientes clamabāt. fugiam⁹ ysrahelem. dꝰ eni eoz pugnat p eis ꝑ nos. et sic Math. iij. dns vicit post ieiunij. Et figuratur Judith. xij. txiij. Judith oādo tieiunando ad vesperam āputauit caput Holofernis. i. dyaboli. sic tu fac. Est ergo multū orandū in ieiunio et nō semp sistere in tabernis. et supplere illud i potu qđ deficit in cibo

Quarto p ieiunij oratio exaudit. i. Esdre. viij. Jeiunauim⁹ aūt trogauimus deum nostz. p hꝫ tcueniat nob pspere. Et ysa. lviij. Hoc e ieiunij quod elegi. dissolue colligationes impietatis tuc inuocabis tdns exaudiet. Et nimiz qz p ieiunij hō hūliat in corpe. p oztem in aia. et dꝰ hūiles liberet audit. Psal. ci. Respexit in oratiōe humilij tc. Et sic fecit Dauid dicēdo psal. xxxiij

Humiliabam in ieiunio animaz meam. vt etiam patet in publicano Luce. xviij.
Quinto homo ad suscipiendū corpus christi per ieiuniū preparatur Et figuratur Iudith. vi. Ozyas suscepit achior in domū suā et fecit ei cenam magnā expleto ieiunio. Et sic Ozyas id est christ⁹ suscipit Achior. id est peccatorem penitentē expleto ieiunio ad cenam coripis christi. in domū id est in ecclesiam. Et helias. iij. Regū. xix. in fortitudine cibi illi⁹ ambulauit vsqz ad montē dñi oreb. Et sic tali ieiunio Exod. xix. Moyses meruit recipe legem dei. et sic nos per ieiunium ipsum deum ꝛc.

Feria secunda post Inuocauit.
Sermo XII.

Bunt hi i supplicium eternū. iusti autē in vitam eternam. Mathei. xxv.

Gregorius dicit. Stultus debitor est qui mutuans gaudendo pecuniā accipit ꝛ non perpendit tempus quo reddere debet. Spiritualiter. Sic omnia que habemus corpaliter ꝛ spūaliter a deo habemus. Jaco. i. Omne datum optimū et omne donū perfectum desursum est descendens ꝛc. Et apostolus p̄ma Corinth. iiij. Quid habes quod nō accepisti. quasi diceret. nihil. Ergo attendere debem⁹ tēpus q̄ mutuatū reddere debebim⁹. et h̄ docz nos introit⁹ misse dicēs. Sic oculi seruoꝝ in manibꝫ dñoꝝ suoꝝ. ita oculi nostri ad dñm deum nostꝝ ꝛc. Et videm⁹ qui nō habet soluere debitū ille petit dilationez. Et sic ecclesia in hodierna collecta Absolue quesumus domine nostroꝝ vincula peccatorum: ꝛ quidq̄d ꝓ eis meremur ꝓpiciat⁹ auerte. Et in g̅duali. Couertere domine aliquantulum. exaudi preces seruoꝝ tuorum. Et in tractu. Domine nō s̄m peccata nostra. Itez Domine ne memineris iniq̄tatum ꝛc. Etiā videmus qui bene soluit paterfamilias hūc optime pascit. ꝛ in cubiculo suo req̄escere facit. Spūaliter. Sic christus bene soluētibꝫ id est deo seruientibus ꝛ bñ opantibus benignitatē exhibet. De quo epl'a Ezech. xxxiiij. Ecce egoipse req̄ram oues meas. ꝛ visitabo eas sicut gregem pastor visitat. et pascā eas in mōtibus vberrimis ꝛ herbis virentibus hoc est in deliciosis gaudijs. Et videm⁹ qui non bene soluit debitū ille ducitur ad iudicium: vinculat̄ ꝛ truncat̄. Spiritualiter sic qui deo non retribuūt in bonis opibꝫ vinculantur hic funibꝫ pctōꝝ ꝛ adducunt̄ iudicō eterne damnatōis. De q̄ in euāgelio Ibūt hi in suppliciū eternū. Sanctus Thomas in. iiij. dis. xlviij. Sicut in p̄mo aduētu venit fili⁹ dei vt ꝓ nobis satisfaceret apd̄ p̄rem ita in secundo aduētu veniet vt iusticiā patris in homies exequat̄. ꝛ gl'iam maiestatis demonstret. Sicut equ⁹ duobꝫ calcaribus ex vtraqz pte vel latere calcat̄ vt veloci⁹ currat. ita anima duabꝫ affectionibꝫ solicitatur ad agendaz penitentiā. scz timore et amore.

In summa euāgelij duo innuūtur. Primo iudicis magnifica apparitio. ibi. Cū venerit. Secundo subditur iudicādoꝝ diuersa dispositio. ibi. Et congregabunt̄ oēs gentes ꝛc. De p̄mo dicit. Cum venerit filius homīs. i. virginis. Aug⁹. Licet opa trinitatis sint indiuisa. ita ꝙ quidquid facit vna ꝑsona facit ꝛ alia: ꝛ omnes. tn̄ sicut solus fili⁹ carnē assumpsit humanā in qua passus est. ita solus iudicabit Johis. v. Pater nō iudicat quenq̄z: sed omne iudiciū dedit filio. Et merito: qꝛ omniū creator ꝛ redēptor. Creator s̄m diuinā naturā. redēptor s̄m hūanā. Ideo sanct⁹ Tho. in. iiij. dist. xlvij. Scd̄m vtranqz naturā iudicabit. id est s̄m diuinā habebit autoritatē principalez. s̄m humanā autoritatem cōmissaz. ideo Math. vltimo dicitur. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Actuū. x. Constitut⁹ ē a deo iudex viuorū ꝛ mortuoꝝ. Sz diceres. quare dicitur filius homīs in aduentu: in iudicio ꝟo dicitur rex. Respōdetur: quia omnis verus et iustus iudex debet se mansuetum et benignū exhibere in causis audiēdis. eo ꝙ nemo debet iudicare nisi causas audiat nec audire bene potest nisi mansuetus et patiens sit. Unde Iratho. Impedit ira animum ꝛc. Sed christus est iustus iudex: vt dicit Augustin⁹. Nemo iustius iudicabit nisi qui iniuste iudicat⁹ est Ergo in aduētu se pium ostendet. sed in ꝓferenda sentētia se regem oñdet transgressores puniendo. Tūc non queret pilatus. ergo rex es tu. Johānis xviij. Nec iudei dicent. Regem nō habem⁹ nisi cesarem. Johannis. xix. Sed vere dicent Regem nō habem⁹ qui consolat̄ ducat et regat nos ad bonum. sed cesarem: quia cedet eos virga ferrea. Psalm̄. ij. Reges eos in virga ferrea: et tanqz ꝛc. Item diceres In qua forma. Respondet Augustin⁹ ꝙ in forma illa iudicabit in qua ipe iudicatus ē.

Et merito. Sedebit enim iudex qui stetit sub iudice vt reo. damnabit veros reos qui factus est falsus reus. Ideo veniet in ea forma in qua videri posset a iudicandis. Sed solis bonis forma dei ostendetur. Malis sola forma in qua iudicatus est. ſm ysa. xxvi. Tollatur impius ne videat gloriaz dei. ideo subdit In maiestate sua. id est diuitatis excellentia: quoniã non cognoscent: et tamẽ videbunt cum impij nisi per signa et effectus.

Nota quando rex aliquis iudicat in maiestate hoc primo fit ardua de causa. Et sic hic Ecclesiastes vltimo. Cuncta que fiunt adducet dominus ad iudiciuz pro omni errato: siue bonum siue malum. Secundo cũ decenti habitu. et sic hic in forma gloriosa. Psal. ciij. Amictus lumine sicut vestimento. Tercio cũ anulo aureo. id est infinita sapientia. Mathei. x. Nihil occultum quod nõ sciatur. Quarto cum gladio. id est vindicta. Deutero. xxxij. Si acuero vt fulgur gladium meum. et arripuerit iudicium manus mea. reddam vltionem hostibus meis ꝛc. Psal. vij. Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit. Quinto cuz sceptro. id est iusticia Prouerbioz. xxv. Justicia firmabitur thronus eius. Psal. cxviij. Justus es domine ꝛc. Sexto cum dyademate. id ẽ cuz gloria ysa. xxxv. Gloria libani data ẽ ei. Septimo cũ principibus. ideo subdit. Et omnes angeli eius cum eo. O quanta leticia erit bonis videre vultum creatoris ꝛ redemptoris tuz serenum. ideo christus dixit electis Luc. xxi. Leuate capita vestra appropinquat redemptio vestra. Econuerso. quantus moror malis. Zach. xiij. Oculi eius contabescẽt in foraminibus eorum. Malach. iij. Quis stabit ad videndũ eum. Apocalip. vi. Incipient petris et montibz dicere: cadite sup nos

Nota in iudicio quidam erũt vt assessores: vt dicit Augustinus. Omnes qui voluntariã pauptatem habuerunt. Mathei xix. Vos qui reliquistis oia in regeneratõe cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et Mathei. xxiij. Fulgebunt iusti sicut sol ꝛc. Quidam vt testes vt angeli. quidam vt accusatores vt dyabolus. Apocalip. xij. Proiectus est accusator fratruz nostrorum qui accusabat illos ꝛc. Sz diceres. quare vult habere generale iudicium cum quilibet iudicatur in speciali post mortẽ vt latro qui iudicatus est ad vitam Luc. xxiij. Hodie mecum eris in paradiso. Et diues ad mortem Eiusdem. xvi. Mortuus est diues et sepultus est in inferno. Ergo frustra expectatur finale iudicium. Item Naum primo. Non iudicabit bis in idipsum. Respondet sanctus thomas parte tercia. q. lxix. arti. v. Judicium dõ aliqua re perfecte dari non potest ante eius consummatõem. vt iudiciũ de aliqua actione qualis sit perfecte non potest dari anteqz sit consummata. et in se ꝛ in alijs effectibus quia multe actiones videntur vtiles que ex effectibus sunt nociue. Simil̃ est de homine de quo iudiciuz pfecte dari non potest quo aduseqz vita eius terminet: eo q multipliciter mutari põt de bono in malum et econuerso. Ad hebre. ix. Statutũ est hominibus semel mori. post hoc autẽ iudicium. Et sic licet per mortez vita temporalis terminet ſm se. remanet tamẽ in effectibus. Primo remanet ꝛ viuit in memorijs hominũ. in quibus tamen etiam quandoqz contra veritatez remanet bona fama vl̃ mala. Secundo remanet in filijs qui sunt quasi aliqd patris. ſm illud Ecclesiastici. xxx. Mortuus est pater illius et quasi non est mortuus. simile enim sibi reliquit post se. Et sic aliqui parẽtes vituperantur vl̃ laudantur ex parte filiorum et ramen multoz bonorum sunt mali filij et econuerso. Tercio quantũ ad effectum suorum operum. sicut ex receptiõe Arrij ꝛ aliorum hereticorum magna pullulabat infidelitas et multos infecit et hodie infecit. Sic etiam de bonis vt de Paulo et alijs apostolis: ex quorum doctrina profecit tuscz nunc proficit fides apostolorum. Quarto remanet quantũ ad corpus quod quandoqz honorifice traditur sepulture. quandoqz relinquitur insepultum. et tandẽ incineratuz resoluitur omnino. Et quia de hijs perfectuz iudicium haberi non potest hoc tempore: propter hoc finale iudicium vt manifeste talia dijudicentur: habebitur. Sedebit super sedem maiestatis. id est in nube propter suã dignitatem. Ecclesiastici. xxiij. Thronus meus in columna nubis. Secũdo propter pmissi adimpletionẽ. Actuũ. i. Sic veniet quẽadmodũ vidistis ꝛc. Tercio ppter nimiã charitatem que rantũ nube trita a malis poterit videri. Psalmista. Nubes ꝛ caligo in circuitu eius ꝛc. Quarta ratio: nubes pluit. tonat. fulminat. et sic xps in iudicio fulmiabit p vindictã terribilẽ. tonabit p sententiã

Feria scda post Jnuo.

crudelem. z pluit rorem gratie super electos quia gloria in corpore et anima augmentabitur. Et congregabūtur ante eum omnes gentes. ij. Corinth. v. Oēs enim nos manifestari oportet ante tribunal christi vt referat vnusquisq; pp̄ria corporis p̄ut gessit siue bonum siue malum. Apocalipsis. xx. Erunt libri aperti et alius liber apertus est qui est vite ꝛc. igitur nullus locus excusatōnis. Primo liber passionis christi. crux. clauu. lancea. spinea corona ꝛc. Mathei. xxiiij Apparebit signū filij homis in celo. ysa. xi. Leuabit dñs signum in nationibus. id est contra nationes reprobor. Signuz domini est signum crucis vt mali terreant: boni congregentur. Uel signum id est stigmata vulnerum. Zach. xij. Uidebūt in quem trāsfixerunt. Sed an materialis crux ibi apparebit cū materiali lancea. quidaz putant q̄ sic Sed chrisostomus dicit q̄ p signuz filij hominis dicit non crucem et lanceaz materialem fore intelligendū. sed ip̄m christū habentem in corpe suo signa siue passionis Uel potest dici signum crucis fore in celo. qz signū crucis im p̄ssum erit in frontibus v. rorum celestium ad p̄fagium eterne saluatōis. Eze chielis. ix. Signum thau in frontibus eor in reprobis vero non ꝛc. Secundo apertus alter liber conscientiarū. Piero. Erunt facta nostra quasi in tabula ꝛepicta. Greg. Corpa erunt sicut vasa vitrea. Tercius liber p̄destinationis qui modo est clausus

Quartus liber vite. id est x̄ps cui⁹ virtus manifestabit in cognitōe oīm secretor.

Jn summa p̄sentis euāgelij agitur de iudicio. et tanguntur tria ex eo: qz tres p̄sone requiruntur ad iudiciū. Primo iudex cuz dr Cum venerit filius homis. Secundo accusatores cum dicit. Et oēs angeli eius. Tercio reus: vt ibi. Congregabūtur oēs gentes. De primo dicit. in illo tempe. scz feria tercia post palmar. cum exiuit christ⁹ ꝛe templo et sedit i mōte. Tunc p̄dixit ip̄is discipulis iudiciū futurū dicens. Cū venerit filius homis. id est x̄ps. Nam sm Aug. in forma humana iudicabit in qua iudicatus est. iohis. v. Pater omne iudiciū dedit filio De hoc iudicio dicit psal. cxviij. Just⁹ es dñe z rectū iudiciū tuum. Reuera rectū. nam sm ysidor quattuor modis corūpit iudiciū. scilicz timore. amore. et odio z munere. Primo iudiciuz x̄pi non corrumpit timore. quia omniū potentissim⁹ est. Math. vltimo. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et hester. xiij. Domine in ditione tua cuncta sunt posita. ideo Job. xxij. Nunquid timens arguet te z veniet tecum ad iudiciū. Jmo quāto potentiores erunt: tanto durius iudicium sustinebunt. Sapientie. vi. Potentes potenter tormēta patiēntur. Secundo iudicium christi nō corrumpitur amore. quia iustissimus est. ideo contra fratres suos. scilicet falsos christiānos sententiā proferet. z nihil p̄derit eis allegare fraternitatē. scz q̄ sit frater eorum. Psal. xlviij. Frater non redimet. scz christus. redimet homo. quasi diceret: non. et non dabit deo placationem suam. id est nō p̄ce dest p̄ce cum multiplicitas: et p̄cium redemptōis anime sue. id est p̄ciositas sanguinis christi ideo Psal. cxviij. Justus dominus in omnibus vijs suis. Tercio nō corrumpitur odio: quia optimus est. Sapientie. xi. Diligis omia que sunt z nihil odisti eorum que feciſti. Nam cum dolore et compassione punit ysaie. i. Deu consolabor super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Dic dicit glosa q̄ more p̄j patris punit et plangit. Quarto non corrumpitur munere: quia ditissimus. Prouerbior. vi. Nō suscipiet p redemptione alicuius damnādi munera plurima. Quia dicit Psal. xcix. Gloria et diuitie in domo eius. Unde Bernardus. Ueniet dies illa in qua plus valebunt pura corda q̄ astuta verba et conscientia bona q̄ marsupia plena. Quinto non corrumpitur precibus. Prouerbior. vi. Non acq̄escet cuiusq̄ precibus ꝛc. Augustinus. Expectatur dies iudicij et aderit equissimus iudex q̄ nullius potentis p̄sonā accipiet. ideo psal. cxviij. Cognoui dne quia eq̄tas iudicia tua. Dixi scdo q̄ in p̄ti euangelio innuitur q̄ erūt accusatores in iudicio. scz angeli. cum dicit Et oēs angeli eius cū eo. qui scz fuerunt nobis ad custodiam ꝛeputati. tales erūt nostri accusatores sciētes oia mala que peccatores fecerūt z ipos grauiter accusabūt Job. xx. Reuelabunt celi. id est p̄sone celestes iniquitatē eius. Sciendum tamen preter illos accusatores sunt et alij tres accusatores. scilicet dyabolus. totus mundus et p̄prium scelus. Primus accusator dyabolus est. Unde Augustinus. Jn iudicio aduersan⁹ dicz. Equissime iudex iudica illū esse meū p culpaz. qui tu⁹ noluit esse p̄r gratiam. Tuus p naturā: me⁹ p miseriam.

Tuus per passionem. meus per suasionem Tibi inobediens: mihi obediens. A te accepit immortalitatis stolam. a me accepit penosam tunicam. Tuam vestez dimisit cum mea huc venit. Jdo iudica eum mecū dampnatum. De hoc accusatore dicitur Apocalipsis. xij. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Secundus accusator est totꝰ mundus. Hugo de sancto victore. Celum dicet: ego lucem sibi ministrauī ad solacium. Aer dicet Ego omne genus auiū sibi vedi ad obsequium. Aqua dicet. Diuersa genera pisciū ego sibi vedi ad vsum. Terra dicz. Ego panem et vinuz vedi sibi ad nutrimentum Jdeo Ignis clamabit. A me comburatur. Aqua Jn me submergat. Aer. Jn me ventiletur. Terra A me absorbetur. Jnfernus. A me deglutietur. Sapientie. v. Armabit omnem creaturam ad vltionem contra insensatos. Tercius accusator erit propriuum scelus. Nam omia peccata que modo sunt occulta reuelabūtur Mathei. xi. Nihil occultū quod non reuelabitur. et occultū quod non sciatur. Nam tinea vestimentoz accusabit superbum. Erugo metallorum accusabit auarum. Merces defraudata pauperuz accusabit tyrannū. Jacobi. v. Diuitie vestre putrefacte sunt et vestimenta vestra a tyneis comesta sunt. aurum z argentū vestrz erugināuit. et erugo eorum vobis in testimonium erit. Et infra. Ecce merces operariorum que defraudata est a vobis clamat. z clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit Et edificium accusabit vsurarium. Abacuc. ij. Lapis de pariete clamabit et lignuz qđ inter iuncturas edificiorum est respondebit.

Dixi tercio ponuntur rei peccatores dicens. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue. scilicet in nube Luce. xxi. Et tunc videbunt filium hominis venientē in nube. Et ysaie. vi. Vidi dominū sedentem sup solium excelsum. Et congregabuntur ante eum oēs gentes. scilicet boni z mali qui fuerunt a primo homie vsqz ad vltimū. scđa ad Corint. v. Omes stabimus ante tribunal christi scilicet in valle Josaphat. De quo Joelis. iij. Congregabo omes gentes et deducam eos in vallem Josaphat. et separabit eos ab invicem sicut pastor separat oues ab hedis. Separabit eos sicut sacerdos legalis leprosum et immundū a mūdis. Figuratur Numeri. xij. Sozor moysi fuit electa propter lepram extra castra. Spiritualiter. Sic impij eicientur de medio iustorū ne fetore peccati alios corrumpant. Et sic Ozyas leprosus statim de Jerusalem ejicitur. ij. Paralipomenon. xxvi. Sic peccatores a cosortio iustoruz. Et sicut zyzania colligitur in fasciculos ad cōburendum Math. xiij. Sic peccatores colliguntur in ignez eternum. quia modicū fermentum totaz massam corrūpit ꝓma ad Corinth. v. Item sepabit eos sicut iustus iudex separat malos a bonis vt boni securius quiescat. Math. xiij. Mittet angelos suos vt colligant dō regno eius omnia scandala. z eos qui faciunt iniquitatē z mittet eos i caminū ignis tē. Et iubdit. Et statuet oues a dextris: hedos autez a sinistris. Crisost. Per oues intellige iustos Math. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū tē. Nota iustus comparatur ouī quītuplici de causa. Primo qz est tractabilis ad radendū. Psal. lxxvij. Deduxisti sicut oues populū tuum. Sic boni tractabiles sunt: quia prelatis humiliter obediunt. Johānis. x. Oues mee vocem meam audiunt et sequūtur me. scilicet obediendo. Secundo ratione fructuositatis. Johānis. xv. Elegi vos vt fructū afferatis tē. Nam omne quod procedit de oue fructiferū est. scilz lac. lana. caro. z stercora. et sic omnia opa nostra debent esse fructifera. ꝓma ad Corint. x. Omia quecunqz facitis in nomine domini facite. Tercio ouis est animal mansuetū vt nec dentibus mordeat. nec cornibus feriat. Et sic iusti debent esse mansueti. Psalm. xxxvi. Mansueti hereditabunt terram. Quarto ouis est animal patiens. et sic iustꝰ Luce. xxi. Jn patientia vestra possidebitis animas vestras. Quinto dominū suū vestit et cibat Et sic boni ysaie. lviij. Cum videris nudum operi eum. Item per hedos intelligūtur mali et peccatores. naz plures habent proprietates hedi. Primo hedus ē animal fetidum. in quo significatur peccatum luxurie. Nam luxuriosus fetet coram deo et angelis eius. Jsaie. xxxiij. De cadaueribus eoruz ascendet fetor. Secundo hedus est velox cursu. Sic peccatores veloces sunt ad malum. Psal. xiij. Veloces pedes eorum ad effundendū sanguinem.

Tercio est animal alta petens. et sic mali per superbiam. Psal. cvi. Ascendūt vsqz ad celos et descendunt vsqz ad abissos. Quarto est animal infructuosum. et sic peccatores Romanoz. vi. Stipendia peccati mors

Feria scd'a post Inuo.

Quinto hedus habet acutum visum. sic pec
catores in concupiscentia oculorum. Pro/
uerbiorum. xv. Oculi stultoꝝ in finibus ter
re. Stulti sunt auari qui omnia possidere
cupiunt vsqꝫ ad fines terre. Et tl'es hedi sta
tuentur a sinistris. Origenes. Qui dextera
opera habent a dextris statuentur. mala ve/
ro a sinistris. Tūc dicet hijs qui sunt a dex
tris. Uenite benedicti patris mei: possidete
paratum vobis regnum a constitutōe mun
di. Rabanus. Propter opera bona dabitur
eterna benedictio. Prouerbioꝝ. xi. Benedi/
ctio domini super caput iusti. Crisostomus
Possidete et non accipite: quia datur eis in
hereditatē. Sapientie. v. Accipiunt regnū
decoris ⁊ dyadema de manu domini. Sꝫ
diceres. Quare prius remunerantur boni
q̄ mali damnantur. Respōdetur vt mali de
amissione boni magis cruciantur et boni de
euasione damnatiōis magis letentur. Tūc
tangit causam possidendi dicens. Esuriui
et dedistis mihi manducare. Sitiui et dedi
stis mihi bibere. Hospes eram et collegistis
me. Nudus eram et cooperuistis me. Infir
mus eram et visitastis me. In carcere eram
et venistis ad me. Augustinus in primo li/
bro omeliarum. Tacet dominus omnia fa/
cta iustorum et omnia mala iniquorū: et so
lum laudat elemosinā et vituperat auarici/
am. quia omnia peccata redimūtur per ele
mosinā Danielis. iiij. c. Peccata tua elemo
sinis redime: Cum hoc tamē cuncta que fi/
unt adducet dominus ad iudicium. Eccle
siastes vltimo. Sed diceres quare tan/
tum de operibus misericordie profertur sen
tentia regis. Respondetur primo propter di
uine proprietatis naturalē charitatem. Nā
quidquid alicui est proprium ⁊ naturale h̄
naturaliter diligit: in hoc delectatur. de hoc
loquitur et operatur et alios obseruare hor/
tatur. sed deo christo ꝑm Gregoriuꝫ propri
um est semper misereri et parcere. quod pa/
tet: quia per viscera misericordie visitauit
nos oriens ex alto. Luce. i. Sustinuit nos
ne moreremur in peccato. Trenoꝝ. iij. Mi
sericordia domini magna: quia non sumus
consumpti: quia nō defecerunt miseratiōes
eius. Redemit nos ne damnaremur Psal.
xxxij. Misericordia domini plena est terra
Hanc tenuit. hanc in euangelio docuit. er/
go eam a nobis querit. Secūdo propter
hominis naturalem proprietatem. naꝫ om
nis homo naturaliter appetit sibi misericor/
diam exhiberi. eo ꝙ indiget et nemo sibi suf
ficiens sit. ergo de iure nature. quod tibi nō
vis fieri: alijs non fac. et quod tibi vis fieri:
alijs fac. Jacobi. ij. Judiciuꝫ sine misericor/
dia illi qui non facit misericordiam. Ter
cio quia hoc op⁹ pre ceteris facilius est: nec
quisq̄ potest se excusare de hoc Mathei. x.
Quicunqꝫ potum dederit vni ex minimis
istis calicem aque frigide: non perdet mer/
cedem suā. qꝛ duplicia sunt opera misericor
die. vt habetur. xlv. dist. capl'o. Due sunt. sci
licet corporalia et spiritualia. Modo si nō
habes corporale tunc saltem impartire spiri
tuale. Unde versus. Consule. castiga. solare
remitte. fer. ora. Et etiaꝫ sanctus Thomas
in secunda secūde. q. xxxij. Quarto pro/
pter magnā ingratitudinis impietatez. do/
cuit enī Luce. vi. Date et dabitur vobis. di
mittite ⁊ dimittetur. quasi diceret. dedi mul
ta. dimisi ifinita. vos aūt fuistis ingti. ergo
ite in ignē eternū. Subdit. Tunc respō
debunt iusti dicentes. Domine quando vi
dimus te esurientē et pauimus. Sitientez
et dedimus tibi potum. Quando autem te
vidimus hospitem et collegimus te: aut nu
dum et cooperuimus te. Infirmuꝫ et veni/
mus ad te. Rabanus. Hoc dicunt nō dif/
fidentes de verbo domini: sed stupentes de
tanta sublimatione et de maiestate sue ma/
gnitudinis. quia videbitur eis paruū bonū
quod egerunt. ꝑm illud ad Ro. viij. Non
sunt cōdigne passiones huius temporis ad
futuram gloriā ⁊c. Origenes. Humilitatis
causa laude beneficioꝝ suorum indignos se
proclamant. Et rn̄dens. Amen dico vobis:
quidquid feceritis vni de fratribꝫ hijs meis
minimis mihi fecistis. Notanter dic̄ meis.
qꝛ non de omibꝫ fratribus: sed de hijs de q̄bꝫ
Math. xij. d'r. Qui fac̄ voluntatē p̄ris mei
hic me⁹ frater soror ⁊ mater ē. Et tales dicū
tur fratres minimi rōne hūilitatis. Crisost.
Ubicunqꝫ scis deuotos hūiles ⁊ pauperes
compone cū eis hereditatē tuam vt ꝑticeps
sis hereditatꝫ eoꝝ. Tunc dicet hijs q̄ a si
nistris sunt. Discedite a me maledicti ī ignē
eternū qui paratus est dyabolo ⁊ angel' ei⁹.
De hac exclusione ⁊ sepatiōe dicit Crisost.
Ponamus illud ante oculos quāti doloris
est excludi ⁊ ꝓijci a regno celorum. quod vt
mihi videtur grauius est ipsa gehenna.
Nam si iste ignis non arderet et immortal'
illa pena nō esset pata. hoc solū ꝙ alieni effi
cimur a xp̄o ⁊ excludimur a bonis eternis.

nōne omni pena cruciabilius diceret. Et si
militer sanctus Augustin⁹ de illa gehenna
sic inquit sermone.xv.ad fratres heremitas
Caueamus dilectissimi ne veniamus ad il
lum ignem qui habet cruciationem et nul/
lam luminis consolationē nec aliquam fina
lem terminatōem. Unde idem ibidem di/
cit. Licet corpora eorum sunt passibilia sunt
tamen incorruptibilia. ideo ab igne patien
tur et tamē non consumentur. Unde sicut
salamandra viuit in igne materiali. sic mali
in igne infernali. Et erit ibi finis sine fine:
mors grauior omni morte. semper mori desi
derantes ⁊ tñ mori nō possunt. Hugo. Eo
dem supplicio puniūtur dyaboli et homīes.
Hic aperite aures auari ⁊ diuites q̄ nudos
non sinistis calefacere. esurientes recusastis
pascere. O q̄ immisericors ⁊ irat⁹ iudex erit
eis christus. Ponatur casus ꝙ reprobi di/
cerent. Domine si non sumus digni regnū
tuū possidere placeat tibi tamē vt ad pedes
tuos possimus manere. Respōdebit. Disce
dite a me. Ponatur etiā si dicant. Domine
si nos repellis a te tamen benedictionem tu
am da nob. Respondebit non. sed habeatis
maledictionē meam. Ideo subditur Male
dicti. Ponatur vt si dicant. Domine saltez
ad aliquem locum refrig erij nos mitte. Re
spondebit Non. sed in ignem eternum. Po
natur ꝙ dicant. saltez breuē terminū nostre
maledictōis nobis pones. Respodebit: nō
sed eternum. Ponat̄ ꝙ dicant. saltem aliquē
dñm bonum nobis p̄ficias qui clemēter nos
regat. Respondebit. qui paratus est dyabo
lo. non dicit vobis: quia quilibet sibijpsi pa
rat damnatōem Ponatur ꝙ dicant: saltez
aliquā bonam societatē nobis adiūge: qua
possimus consolari. Respondebit ⁊ angelis
eius. quasi diceret: pro dño habeatis dyabo
luz maiorē ꝑ socijs vestris demōes minores
Sententia autem iustoruz econuerso est: q̄
bus dicet Uenite benedicti ⁊c. Ac si dicat il
lis maledictis. Discedite a me. et istis bn̄di
ctis Uēite ad me. illis dedi meā maledictio
nem: sed vobis meam benedictionē. Ideo di
cit. Uenite bendicti. illos misi in ignem eter
num: vos introduco in regnū eternū. Ideo
dicit possidete regnū. illis dixi vt maneant
in igne perpetuo. vobis dico vt maneat̄ in
regno perpetuo: quod vobis paratum est ab
origine mundi. Illis vt habeant p̄ncipem
dyabolum. vobis dico vt in principē habea
tis patrem meū. ideo dicit: venite benedicti
patris mei. Illis dixi vt habeāt in socios de
mones infernales. vobis dico vt habeat̄ in
socios angelos meos celestes. Sequitur
Tunc ibunt hij in suppliciuz eternum. scz
mali sine tardatione. Nota quattuor mo
dis se aliquis iuuare consueuit vt sententia
executioni nō mādetur. Aut per appellatō/
nem. aut per supplicationem. aut per querē
lam falsam. aut per integram restitutionem
Nullo autē istorum modoꝝ damnati iuua
re vel defendere se poterint: quin illa senten/
tia executioni mandetur. Non per appella/
tionem: quia eorum crimina sunt notoria. ⁊
in notorijs appellatio nō habet locū. Hiero
nimus. Aderit dies illa ī qua falsa facta no
stra quasi in quadam tabula picta demon/
strabuntur. Non per supplicationem. quia
si omnes sancti pro ipsis supplicarent deus
non exaudiret eos. Hiere. xiiij. Noli ora/
re pro populo isto in bonum. quia gladio fa
me ⁊ peste consumā eos. Job. xli. Non par
cam ei verbis potētibus: et ad deprecandū
compositis. Non per falsam querelam vt di
cant ꝙ illa sententia lata sit per falsos testes
Job. xij. Ipse nouit decipientem: et euz qui
decipitur. Non per restitutionē integraz. vt
scz ad statū pristinū restituat̄. quia sicut dr
Hebreorum. vi. Impossibile est eos qui se/
mel sunt illuminati et prolapsi sunt rursus
renouari ad penitentiā. Apocalipsis. x. Iu
rauit angelus post hoc temp⁹ non erit tem
pus amplius. scilicet penitentie ⁊ misericor
die: sed iusticie. Gregorius. O quāte angu
stie erunt tunc reprobis. Si respicient sur/
sum. tūc vident iudicem iratum. si deorsum
tunc vident infernuz eis preparatū. Si ad
dexteram: tunc vident congregationem bo/
norum a qua debent separari. si ad sinistram
tunc vident multiplicatōnem demonum cū
quibus eternaliter debent cruciari. Si foris
tunc vident mundum ardentem in quo nō
debent perseuerare. Si intus: tūc vident cō
scientiam remordētem a qua perpetue debēt
puniri. Miser peccator sic apprehensus vn
diq; erit in angustia positus. Tunc imple/
bitur illud Apocalip̄. vi. Incipiēt petris ⁊
mōtibus dicere: cadite super nos. et abscon
dite nos a facie sedentis sup̄ thronum et ab
ira agni. Tunc ibunt iusti in vitam eterna.
vbi ꝑm Innocentium est pax sine ira. sani/
tas sine dolore. gaudium sine merore. vita si
ne morte. Ad quā ꝑducat nos ihesus chri/
stus ⁊c.

Feria tcia post iuocauit

Feria tercia.
Sermo XIII

Iciebat oñes

ẽ vendentes ⁊ ementes de templo Joh.q. Consuetudo est regis et principis cum intrat ciuitatẽ scz aliquam sui regni. tunc maleficos solet acriter redarguere vt cõuertantur in melius. Bonos vo mediocriter cõmendare: vt laudati pficiãt: et paupes oppressi ad euz refugiant sibi cõquirendo de iniuria eis illata. Spũaliter. Sic rex regum christus ihesus hic venit in regnum suuz. scz in mundũ. Ido pauperes oppressi. id est peccatores debent habere refugium ad eum: de quo introitus misse. Dñe refugium factus es nobis a generatione in generationẽ. et conqueri debent de oppressione dyabolica: inuocantes eius misericordiã Quod facit ecclesia in collecta hodierna. scz Respice quesum⁹ domine familiam tuam: ⁊ presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat que se carnis macratione castigat. Et hoc refugium ad regem regũ decet ep'la hodierna: q̃ scribit Isaie. lv. Querite dominum dum inueniri potest. inuocate eũ dum prope est. Nam vnico verbo pot nos eripe de demonũ potestate. ideo subdit in epistola Quomõ descendit imber et nix de celo ⁊ illuc non reuertitur. sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit. ⁊ dat semen serenti ⁊ panẽ comedenti ꝛc. Sic erit ꝙbuz meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuũ. sed faciet quecũq; volui ⁊ psperabitur in his ad que misi illd Et sic rex puersos punit ⁊ redarguit. bonos vero cõmendat. sic rex noster dñs ihesus christus hierusalẽ ingredies cecis ⁊ claudis qui ad eum in templo accesserunt dona sanitatz copiosius cõdonauit. sed puersos ⁊ malos sacerdotes ⁊ auaros qui se correctione emendare non curauerũt. abiecit ⁊ reprobauit. ꝺ quo thema. Eiciebat omnes vendentes et ementes de templo. In summa euangelij tria innuũtur Primo innuitur ingressus regis laudabilis. ibi Cum intrassz ihesus hierusalem. Secundo tangitur excessus legis vituperabilis. ibi. Scriptum est dom⁹ mea domus ozonis vocabitur. vos autez fecistis illam speluncã latronum. Tercio subditur accessus ipsorum infirmor placabil'. ibi. Accesserunt ad eum. De primo dicat In illo tempe. scz i dnica palmaz cum ihesus descendisset de monte oliueti sedens super asinam appropinquauit hierosolimã. quẽ tur de precedentes et sequentes clamabãt dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Et cum intraret ihesus hierosolimã cõmota est vniuersa ciuitas. id est maiores ciuitatis commouebãtur: videtes hec ⁊ mirabantur. fm Diero. populi frequentiaz ⁊ nescientes diuinam virtutẽ dixerunt. Quis ẽ hic. quasi dicerẽt. Iste non est talis nec tantus q̃ sibi talia debeant exhiberi. Uñ Criso. sup Matheũ dicit. Merito autẽ commouebant videntes rem mirabilem. homo laudabatur quasi deus. sed deus laudat i hoie. Puto autẽ q̃ nec ipsi qui laudabãt sciebãt quid laudabãt. Sed spũs subito ingressus in eos nesciente anima veritatis verba fudebat. hec ille. Consimilem questionẽ fecerũt de ipso vt ait Origenes. cum hierosolimam celestem ingrediebatur ipsi angeli dicentes Quis est iste rex glie. Ad questionem vero maioz de ciuitate hierlm rndit popul⁹ sicut sequitur. Populi aũt dicebant. Hic est ihs pphera a nazareth galilee. ponũt isti nomẽ eius dicẽtes. Hic est ihesus. id est saluator. Unde mathei. i. dicit Ipse saluum faciet populum suũ a peccatis eoz. Et ponunt eius officium dicentes eũ pphaꝫ. per hoc innuitur eum esse doctorẽ verum a nazareth quod interpretatur flos. Unde canticoz. ij. Ego flos campi ⁊ lilium conuallium. Ubi hieronimus. Alijs autem ambigentibz vel interrogantibus vilis plebecula confitet. q̃ hic est ihesus pphera a nazareth galilee. A minoribus incipiunt vt ad maiora puenĩãt Prophetam eni eum dicunt quem moyses sui similem dixerat esse vẽturũ. A nazareth autẽ galilee quia ibi educatus fuerat vt flos campi nutriret in floze virtutũ. hec ille. Subdit. Et intrauit ihs in templũ. Crisz. sup matheum. hoc erat pprium dni filij vt ad domum curreret patris et illi honorẽ redderet qui genuit eum. sic ⁊ tu imitator christi factus cum in aliquã ingressus fueris ciuitatẽ primum ad ecclesiam curras. hoc etiaz erat dni medici pprium vt ingressus ad infirmaz ciuitatem saluandã: primum ad originem passionis intenderet. Nam sicut de templo omne bonũ egredit: ita de templo omne malum pcedit. Si enim sacerdotiũ integrum fuerit: tota ecclesia florez. si aũt corruptũ fuerit fides marcida est. Sic enim cum videris

arborem pallētibus foliis intellige: qr viciū habet in radice Sic cum videris populum indisciplinatū sine dubio cognosce: qr sacerdotium eius non est sanū. Hec ille. Ideo intrauit in templū corrigere auariciā sacerdotum q̄ in templo magis exercebatur. Pro quo notandū. in serie huius euangelij notat ꝙ christus tria loca ītrauit. scz hierosolimā templū ⁊ bethaniam. p q̄ loca tria significat mens hūana que debet esse hierosolima. id ē pacifica. qr hierusalem interpretat visio pacis. Item debet esse habitatio dei gta. ⁊ tunc est tēpluz dei viui acceptū. ij. ad Corinth. iij Vos enim estis templum dei viui. Item debet esse ad obediendū prona. et tūc est bethania quod interpretat dom⁹ obedientie. psal. xvij. In auditu aurꝫ obediūt mihi. Primū locum dño īgrediente. scz hierosolimā tota ciuitas est cōmota. Spūaliter Sic intrāte dño in animā p grām preuenientē. omnes potentie dñt cōmoueri p dolorem ⁊ cōtritionem peccati. psal. lix. Commouisti terraz et conturbasti eam sana contritōes eius quia commota est Sz notandū est ꝙ quidam sunt qui nullo modo ꝯmouent. Alij sunt q̄ leuiter cōmouētur. Sunt q̄dam q̄ dicūtur attriti. Alij qui p̄cordialiter commouent. Quidā qui nullo mō cōmouent sunt duri et obstinati qui ad penitentiā nō pñt frāgi De q̄bꝫ dicitur Roꝝ. ij. Scdm duriciā tuā et impenitens cor tuū thezaurisas tibi iraz in die ire ⁊ reuelationis iusti iudicij dei. Ecclesiastici. iij. Cor durum male habebit ī nouissimo die: ⁊ q̄ amat piculū pibit cum illo. Alij sunt attriti. s. qui de suis peccatꝫ leuiter et superficialr commouent In istis ē attritō id est q̄dam leuis penitudo. Et ista attritio licet sit bona: tn̄ non sufficit. nō enī puū: sed magnū dolorez deus a pctōre req̄rit. Hiere. vi. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum. Alij sūt q̄ precordialr cōmouētur: qui scz omīa pctā sua minutatim conterūt ⁊ minimas ptes frangunt dolēdo pfunde de peccatꝫ magnis et puis ⁊ de pctōꝝ circūstantijs et non tm̄ de omibꝫ in cōmuni: sed etiā de q̄ libet in speciali. Et talis dolor vocat ꝯtritio qn̄ scz cor oībus viribꝫ anīe minutatim oīa peccata conterit Psal. l. Cor contritū ⁊ hūiliatum deus nō despicies ⁊c. minus dicit et plus signat. i. ꝙ multū diligat. Ista tria. s. obstinationē. contritionē et attritōem possumus videre p tria exempla. Primū ꝙ semē iactatum in terram duram et nō scissam nō crescit. Iactatum vero in terrā scissam in grossas partes paruū fructū reddit. Iactatū autem in terrā bn̄ cultam minutatim tritam multū fructū facit. Cor obstinatuz est tanq̄z terra dura q̄ nullū fructū facit. Cor attrituz est tanq̄z terra in grossas ptes scissa q̄ paruū fructū reddit. Cor cōtritū est tanq̄z terra minutatim trita quē multū fructū fac. Scdz exemplū est ꝙ species aromatica si est inteḡ parum redolet. Si frangitur redolet mltū Sed si conterit redolet plurimū. Sic etiā cor hōmis integꝝ ⁊ durꝝ nō redolet sz fetet. Scissum vero p quandā attritōem modicū redolet. Contritū aūt cor redolet multum.

Terciuz exemplū est: qr de grano integro non pōt fieri panis. de g̃no vero grosso modicuz trito fit panis sz nō sapidus. de grano autē minutatim trito fit panis sapid⁹ ⁊ delicatus. Eodem mō de corde integro et duro nō potest fieri panis scz dei: sed tm̄ dyaboli. De corde vero attrito ⁊ si fiet panis dei. nō tn̄ est deo multū sapidus. De corde vero bn̄ cōtrito fit panis deo sapid⁹. angelis delicatus. penitentibꝫ nutritiuus. Psal. lxxix. Cibabis nos pane lacrimaꝝ. Scdo xps intrauit ī templū. et inde eijciebat vendentes ⁊ ementes in templo ⁊ mensas nummularioꝝ. ⁊ cathedras vendentiū columbas euertit. Spiritualr sic est intelligendū. Postq̄z christus intrat templū cordis p grām preuenientem monentē ipm ad contritōnem. post h̄ intrat in templū cordis p grām pficientē. purgando illd scz p confessionē. eijciendo inde oues et boues ⁊ nummularios et columbas Per boues q̄ cornibꝫ ventilantur significat peccatum supbie. Per colūbas q̄ sunt libidinose signat pctm̄ auaricie. Per oues pctm̄ accidie. Et sic omnia ista de templo corpis tui per confessionē abijcienda sunt. Vel potest dici ꝙ p illos qui vendūt colūbas significāt symoniaci: qui vendūt dona spūssancti: qd est pctm̄ scz clericoꝝ. Per nummularios intelligūtur cupidi. quod est pctm̄ mercatoꝝ Per boues significant superbi. qd est pctm̄ magnatum ⁊ platoꝝ. Per oues significant hypocrite. qd est peccatū religiosoꝝ. Mat. vij. Attendite a falsis pphetis q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouium. intrinsec⁹ aūt sūt lupi rapaces. Tercio xps intrauit bethaniam. Postq̄z enī christ⁹ intrauit cor p gratiam preuenientē commouēdo ad cōtritōez et p grām pficientē purgādo p confessiōez. Tandem intrat p g̃tiam pficientē pficiēdo

Feria tercia post Jnuocauit

ipsum per obedientie satisfactionē. et hoc est intrare in bethaniam. quia bethania domus obedientie interpretat. Hic autem vere obedit qui de omnib⁹ peccatis suis plenam ⁊ p fectam satisfactionem facit. Satisfactio enī aliquando est minor q̄z debet. aliquādo est equalis. aliq̄n vero maior. Quando enī est minor: tunc deus supplet eaz in purgatorio de rigore sue iusticie. Quia sicut dicit Aug. Sicut nulluz bonū irremuneratū. sic ⁊ nullum malū impunitū remanet. Quando vo est equalis: tunc valet ad dimissionem. Unī ad Romanos. vi. dicit. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatē. ita nunc exhibete seruire iusticie in sanctificationē. Quando autem est maior q̄z videntur eius peccata requirere. tunc illa satisfactio valet ad dimissionez culpe et ad cumulū gl'ie. De qua dicit Lu. vi. Mensuram bonam ⁊ cōfertam ⁊ coagitatam ⁊ superefluentē dabunt in sinū vestr̄.

Dixi secundo tangitur excessus legis vituperabilis: dicens. Scriptū est enīz quia domus mea domus oratōis vocabitur. vos autem fecistis illam speluncam latronum. Hoc scribitur ysa. lvi. Notandum est autē christus postq̄z intrauit templum oēs vendentes ⁊ ementes de templo eiecit. Sacerdotes enim ꝓpter auariciam ordinauerunt. vt in templo oues ⁊ boues ⁊ columbe vēderentur: ne aliqui ex defectu hostie sacrificia pretermittere cogerentur. Et forte si aliqui pecuniam ad emendū non haberent statuerūt ibi campsores qui sub cautiōe tradebāt eis pecuniā. qō sic intelligitur Christ⁹ facto flagello de funiculis oēs istos eiecit. Et sicut dicit Piero. Inter cetera miracula que fecit christus illud fuit potissimū: q̄ sez vnus hō pauper cum potestate vendentes et ementes eiecit. mensas nummulariorum ⁊ cathedras vendentium columbas euertit. Sed mirum videtur quomodo iudei ista fieri sustinuerunt. Ad hoc dicit Piero. q̄ de facie christi fulgur quidā mirabilis procedebat qui omnes ad terrorē conuertebat et sibi cō tradicere non audebant. Nunq̄z legimus q̄ christus tantam vindictā manu exercuerit sicut hic. Multa enīz opprobria sepe audiuit. mlras iniurias sustinuit. ⁊ nunq̄z vindictam fecit vt modo. Et ratio huius ē: qz illic alie iniurie erāt proprie. et ideo eas noluit vindicare. Jsta autē erat iniuria patris et ideo eam taz seuere vindicauit vt doceret nos q̄ iniurias nostras debem⁹ remittere. iniurias vero dei seuere vindicare. Nos vero econtrario facimus: qz de iniurijs dei nō curamus ⁊ nostras implacabiliter pseq̄mur.

Ejciente autem christo de templo oues et boues dixit verbū quod supra positū est. scz Domus mea dom⁹ orationis vocabitur Ex hoc verbo habet q̄ eccl'ia dei ad duplex officium edificat. scz deo ad inhabitandu ⁊ homini ad orandū. Jdeo subditur. Domus orationis vocabitur. Est igitur eccl'ia domus dei: qz in ipsa habitat. iuxta illud. ij. Paralipo. vij. Elegi ⁊ sanctificaui domum istam vt sit ibi nomē meum in sempiternū. et pmaneant oculi mei et coz meum ibi cunctis diebus. et aures mee erecte erūt ad orationem eius qui in isto loco adorauerit. Ex quib⁹ verbis habet q̄ dominus in ecclesia posuit nomen suum. coz suū. et oculos suos et aures suas. Nomen enim suū ibi posuit quia a seipso eam nominari voluit. Sicut enīz domus in qua habitant superbi: potest dici domus luciferi. et dom⁹ in qua habitāt vsurarij domus mammone. et dom⁹ in qua habitant imundi: potest dici dom⁹ asmodei et taberna potest vocari domus beelzebub. quia ꝓpter multitudinē epularum ibi conuenit multitudo muscarū. Sic domus in qua conueniūt fideles dicit domus dei Unī Benef. xxviij. Non est hic aliud nisi dom⁹ dei et porta celi. Sedo in ecclesia posuit deus coz suum. id est amorē suum. Et ideo multū ꝓ malo habet quando ibi aliquis aliqua illicita exercet. sicut patet hic quādo de templo vendentes ⁊ ementes eiecit. Legit̄ in historia q̄ pompeius porticum dei templi in stabulum conuertisz equorum suoz et q̄ vsq̄z ad temp⁹ illud semp fuit victor hostium. A tempe aūt illo semper ab hostibus vincebatur. Tercio in eccl'ia posuit deus oculos suos vt videret ibi genuflectōes. elemosinarum largitiones: et alia opa deuota Sed heu in illis quidē nunc temporis videt deus ornamenta indecentia pompas et vanitates ⁊c. Unde ambrosius. Qui in oratione vult exaudiri amota a se pompa inclinare se debet et dei misericordiā ꝓuocet. habitus nanq̄z superbus nec impetrat nec de se recte credi facit. Et quanto magis homi nibus mulier splendescere videt. tanto magis a deo respicitur: et tanto minus oratio eius acceptatur. Legitur hester. xv. q̄ cum regina Hester se ornasset et pinxisset vt regi

asuero placeret. ipsa ex eo regem in iraz conuerit: sed colore roseo in pallorem cōuerso ipsum placauit. Sic etiam mulier quando vultū suum depingit deum offendit. Sed quādo de vultu suo nihil curat deuz placat.

Quarto deus in eccl'ia posuit aures suas quibz audit orōes deuotoz. iuxta illud ysa. xxx viij. Audiui oratōem tuam z vidi lacrimas tuas dē. quibz auribz deus etiaz audit verba indeuotoz. Unde legit de scō Lyro ianuensi episcopo q semel in eccl'esia consistens in risum est provocatus. asserens se vidisse demonem qui i eccl'esia verba loquentium describebat. Tunc cum charta deficeret et ille cum dentibus elongare vellet. charta subito fracta fuit. et ille cum capite ad murū percussit vt sonitus percussionis et vuln9 capitis sequeretur. Audit etiaz deus illos clericos z monachos qui negligenter cantant et psalmos z versus z dictiones multas obmittunt. Legitur q quidā sanctus hō vidit quēdam demonem: nomīe tytinillum per sedes monachoz discurrerem qui videbatur aliqua colligere et in vasculo siue in sacculo recodere: qui a sancto viro adiuratus dixit se colligere obmissiones psalmoz. et qualibz die mille vicibus sacculuz adimplere. Un quidam de hoc fecit versus. Fragmina psalmorum: tytinillus colligit horz. Quaqz die mille vicibus sarcinat ille. Secundo cō structa est eccl'esia ad orandum. Deus enim orationes fidelium in eccl'esia libenter exaudit. Unde dicitur. ij. Paralip. vi. Quicūqz oraverit i loco isto exaudi de habitaculo tuo. Dicit tamē Beda q tribus de causis cōtingit orationes non exaudiri. Primo quādo petimus etiam ea que non decent nos accipere vt temporalia. Unde Crisostomus. Illa pete a domino que tibi expediant accipere z illum deceat dare. Si aūt terrena petis: aut difficulter impetras aut forte non. Quomō autem decet eum tibi illa dare que nō habet z tu habens ea contēnis. Legitur i fabulis poetarum q iuda rex petijt ab Appolline deo suo: vt quidquid tangeret aurum fieret et concessum est ei. Cum igit cibum vel potum manibus vel labijs tangeret statim vertebatur in aurum. et sic fame mortuus est. Per quod datur intelligi q auarus semper diuitias desiderat. z ille sunt sibi causa mortis. iuxta illud. i. Thimo. vi. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationem dē. Et sequitur. Que mergunt homies in interitū

Secundo orationes non exaudiunt. qñ petimus indigni. id est existentes in aliqua culpa siue in aliquo crimine. ysaie. i. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam manus enī vestre sanguine plene sunt. Treno rum. iij. Opposuisti nubem tibi ne trāsiret oratio. Zach. v. Misit angelus massam plumbi in os amphore et dixit. Hec est iniquitas dē. Ex hijs habetur q peccatum assimilatur sanguini nubi z plumbo. Quando igitur peccatum est quasi sanguis z orōnes maculat. ideo talis oratio sic maculata non audet coram oculis dei apparere. Item peccatum est tanqz nubes: ideo oratōem obumbrat. et ideo nescit per viam celi incedere.

Tercio orationes nostre nō exaudiūtur: quia pro indignis petimus. id est pro peccatoribus qui sunt in proposito peccandi. Hiere. xiij. Noli orare p populo isto Joh ix. Scimus quia deus peccatores nō exaudit. Legitur in vitasparum: q cum quidā frater grauiter temptaret: z quidaz sanctus pater p eo semp oraret z temptatio non recederet. vidit predictus pater deo sibi reuelante q spūs fornicationis in diuersis formis mulierum ante illum ibat z illi applaudebat z in nullo resistebat. Vidit enim angelum ipsum increpantē quare non resisteret et quare se nō iuuaret. Tunc dixit illi fratri Juueni causam quare orōnes mee quas p te faciebam non exaudiūtur: quoniam non es eis dignus. nisi ergo teipm adiuues z corpus tuum maceres et temptatiōibz resistas precum mearū non es dignus. quod cū ille fecisset sanatus est. Dixi tercio tangitur accessus infirmoz placabilis cū dicitur. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos. Sz quare tunc sanauit. Dicendum primo ꝓpter autoritatis ꝯfirmatōnem. vt scz sententiā electionis non solū autoritate scripture sed miraculoz operatione confirmaret. Secūdo ꝓpter veritatis testificationem. Unde ambro. Virtute sua magnalia ostendit in templo calumniantibus vt quod populi clamabant ille factis ostenderet. quasi testis veritatis illorum. Tercio ſm Remigiū q in templo christus sanauit significat q homines non nisi in eccl'esia sanari possunt: cui data ē potestas ligandi atqz soluēdi. Dec ille. Quarto vt illi visa christi potentia converterentur. Ideo enim illis cernentibus cecos illuminauit vt illi fidei lumen reciperent. Et claudos ambulare fe-

Feria q̃rta post Jnuocauit

vt illi claudicatiõem mẽtis abijcerent: ⁊ me liores pedes in recta opatiõe habere incipe rent.. Ex huiusmõi ergo sanatione ⁊ ex alio quod sequitur indignati fuerũt sacerdotes. Jdeo sequit. Videntes autem principes sa cerdotum ⁊ scribe mirabilia que fecit: ⁊ pue/ros clamãtes in templo ⁊ dicentes. Osanna filio dauid. indignati sunt ⁊ dixerunt. Au dis quid isti dicunt. quasi dicerent. Si iu/stus esses reuerentias declinares. Videant ergo emptores vt ait Hiero. Et quantũ licz sancti hoies cũ quãto pclo ista sibi dici pa tiantur. Si vero dño cui hec dicebantur: quia nondũ solida erat credentiũ fides pro crimine impingitur. Hec ille. Sciendu etiam ſm crisostomũ: q̃ sicut columna si mo dicum obliquata fuerit. accepto pondere vadit in latus. Sic ⁊ cor hoĩs si puersuz fuerit: ⁊ si alicuius viri iusti opa videat vel audiat. non cõfirmatur: sed magis ad inui/diam cõcitatur. Hoc modo sacerdotes con citati sunt contra xp̃m dicentes. Audis q̃d isti dicunt. Hec ille. Jhesus autẽ dixit eis. Utiq; nũquid legistis. Ex ore infantium ⁊ lactentium pfeciſti laudem. Unde crisosto/mus sup matheũ. Non dixit illud christus quod scribe audire cupiebant. Benefaciunt inquit pueri q̃ mihi testimonium phibent: nec ꝓpterea errant quia pueri sunt: quod si essz: deberetis tñ etati ignoscere. Sz illa etas profert exemplũ d̃ psalmo. viij. vt tacente o mino testimoniũ scripturarũ pueroꝝ dicta confirmaret. Hec ille. tangz si dicat vt idez crisostomus sup Math. ait. Est mea culpa q̃ isti clamant. Nunquid mea culpa est q̃ añ tot milia ãnoꝝ hoc futuꝝ ꝓpheta p̃dixit Hec ille. quasi itez dicat dominus. Quid me arguitis ex laude pueroꝝ. si peccatuz est arguite spm̃sanctum qui per os prophete h̃ esse futurum predixit. Notandũ autem dicit perfeciſti ⁊c. Laus enĩ inchoata fuit in via a turbis. augmẽtata ⁊ pfecta in templo Tria enĩ debemus notare que pficiunt lau dem. Primo concordia que resonantiã facit Jdeo hic simplr d̃r ex ore Daniel. iij. Tunc hij tres quasi ex vno ore laudabant ⁊ glori/ficabant ⁊ benedicebãt deum ⁊c. Secun/do mundicia: quia nõ est speciosa laus i ore peccatoris. ideo dicitur Infantium Apoc. xiiij. Et nemo poterat dicere canticum ⁊c. Et sequit ibidem. Hij sunt qui cum mulie/ribus nõ sunt coinquinati. Tercio diui/na scientia. Unde glosa. In quibus veritas operatur nõ ingenium hoĩs. Jdeo dicitur lactentiũ Ozee. ij. Lactabo eam ⁊ loquar ad cor eius. Laudem ꝓo incipiũt penitentes. adjciunt ꝓficientes. ⁊ pficiunt innocẽtes.

Tunc sequitur recessus homis amabilis quod relictio probat vulgi remoti. Unde sub ditur. Et relictis illis abijt foras extra ciui tatem in bethaniam. Unde crisõ. Jbi corpa liter manere voluit vbi spũaliter repausabat Nam sctõꝝ virorum nõ est inquirere man sionem vbi clariores sunt viri. sed vbi san/ctiores ⁊ fideliores. Jbiq; mansit apud la/zarum ⁊ sorores eius: ⁊ docebat eos d̃ regno dei. Quia enĩ illi venientẽ dominũ nõ vt di gnum susceperunt. ideo nõ immerito eos re probatos odit p hoc q̃ abijt foras. Se cundo ideo abijt foras ſm Crisostomũ sup math. quia malum hominẽ melius locum dando potest aliquis vincere q̃z respon do. quia malicia nõ instruitur ſmonibus sz excitatur. Et ideo dñs recedendo compesce re studuit: quos respondendo nõ ꝓpescuit. Hec ille. Ecci. vi. Ab inimicis tuis separe. Exemplũ in iacob. esau ⁊ abraã ⁊ loth. Se neca. Optimũ genus vincendi est patiẽtia: Tercio ideo quia ſm Hieronimũ. licz chri stus pauꝑ fuerit. nulli tamen adulatus est Jdcirco nullum hospitiũ nullamq; mansio nem iuxta vbem inuenit. sed in vico pusilo apud lazarũ ⁊ sorores eius habitauit. Feli/ces certe multũq; beati sunt qui dñm hospi tem habere meruerũt. cui⁹ presentia tristia cuncta submouebãtur. salubria et iocunda omnia prestabãtur. Sed ⁊ illi nihilomin⁹ felicissimi summeq; beatissimi qui ita se ab omni malicia castos immunesq; custodiũt: vt in ipsis dñs habitare ⁊ apud eos mane re dignetur. Quod nobis prestare ⁊c.

Feria Quarta.

Sermo. XIIII

Vicunq; fece

rit voluntatez patris mei qui in celis est. ipse meus frater soror ⁊ mater est. Math. xij. Marci. viij. Lu. xi.

Consuetudo dinoscitur. homo tenet illi impendere honorẽ ⁊ eũ pre oculis habere. sine quo nõ potest esse nec viuere. iuxta pro uerbiuz vulgare. On ivelichen der man nit geleben kan. den muß er alle zyt vor ougen han. Spũaliter. sic homo sine dei miseri cordia nequaq; potest viuere. Psalm. xciij.

Sermo XIIII

Si dicebam motus est pes meus: miseri/
cordia tua adiuuabat me Ergo misericordie
dei semp debemus habere memoriã: ⁊ eam in
uocare vt facit ecclesia in introitu misse Re
miniscere miserationũ tuarum domine ⁊c.
Et inuocat dei misericordiã in collcã dicẽs.
Preces nostras quesumus domine clemen
ter exaudi. ⁊ contra cuncta nobis aduersan
tia dexteram tue maiestatis extende. Simi
liter in epistola habem⁹ quomõ misericor/
dia dei sustentauit heliam. iij. Reg. xix. qui
dormiuit sub iunipero. ⁊ cibauit eum pane
subcinericio per angelum. Etiam de dei mi/
sericordia habemus in prophetia Exodi. xx
iiij. quomõ Moyses sustẽtauit quadragin
ta diebus ⁊ quadraginta noctib⁹. Et sic si/
ne dei gratia ⁊ misericordia penitentiã qua/
dragesimalem portare non possumus. Sz
videmus ꝙ amic⁹ auxiliatur amico ad por/
tandum onus. Ergo vt simus dei amici fa/
ciamus eius voluntatẽ vt auxilietur nobis
Ad qd̃ hortamur in themate dicente. Qui
fecerit voluntatẽ patr⁹ mei ⁊c. Aliud the
ma. Dicit eni sapiens Eccl. vi. Amico fide
li nulla est comparatio. Moraliter. Null⁹
fidelior amicus deo omnipotenti. psal. cxliiij.
Fidelis dñs in omnib⁹ verbis suis. Eccle/
siastici. ij. Quis sperauit in domino ⁊ confu
sus est: et quis permansit in mãdatis eius:
et derelictus est. Est enim ita fidelis ꝙ semp
astat. nam si se subtraheret omnia in nihilũ
redigerent. psal. xciij. Si dicebam ⁊c. Naz
dicitur Eccl. vi. Amicus fidelis protectio
fortis. medicamentũ vite et immortalitat⁹.
Nam a morte anime nõ habemus nos tue
ri sine protectõne sue misericordie. Trenoꝝ
iij. Misericordie domini: quia non sumus
consumpti: qꝛ nõ defecerunt miseratiões ei⁹
⁊c. Illius non dẽmus obliuisci. Sene. In/
gratus est qui bñficium accipiens obliuisci
tur illud. ⁊ retributionẽ pro eo nõ facit. Ne
igitur simus ingrati recordatur ecclesia ho/
die misericordie dei cum cantat Reminisce/
re miserationũ tuarum domine. quasi dice.
Hodie est septimus dies ieiunij ⁊ penitẽtie
O deus sicut in septuagesimo anno libera/
sti filios israel d̃ babylonica seruitute. sic ho
die in septima die quadragesimali sis nob
peccatoribus misericors. Similiter in col/
lecta recordatur misericordie dei. Et in pro
phetia. quasi diceret. Sicut heliam confor
tasti per panem succinericiũ. sic ⁊ nos ꝑ qua
draginta dies ⁊c. Et sicut moysi ieiunanti
per quadraginta dies decem mandata com
mendasti. sic et nobis tua precepta conſua/
re tribue ꝑ que amici dei efficimur Joh. xv.
Vos amici mei estis si feceritis que ego pre
cipio vobis. Tullius. Amicoꝝ idẽ est velle
sic ⁊ nos. de quo thema. In summa euan
gelij duo innuũtur. Primo innuitur mali/
gnitas iudeoꝝ in petitiõe. Secundo innui
tur charitas in examinatione. ibi Adhuc il
lo loquente. De primo Accesserunt ad ihe
sum ⁊c. Magister volumus a te signum vi
dere. Sed diceres. Cur iudeis petentib⁹
signum nõ dedit. Respondet sanctus tho.
in scripto p̃mo. dist. i. ad litteram. q. i. et. ij.
Signum importat aliquod notuz quo ad
nos inducẽs nos in cognitiõem alterius: vt
exemplificat August. in libro. ij. de doctrina
christiana. Sicut vestigiũ declarat animal
fumus ignem. tuba exercitũ. circulus vinũ.
Et quia iudei nõ querebant rem ⁊ veritatẽ
signi per intellectum. sed tantũ signuz ꝑ sen
sum. Idcirco non dedit eis christus signuz
Quia dicit aug⁹. in sermone de temptatõne
christi. Inane est om̃e miraculum quod nõ
operatur salutis effectum. Et sic hic fuisset
factum: quia curiositatẽ quesierunt. vestigi/
um querebant non animal. fumũ non ignẽ
circulum nõ vinũ. ergo signũ eis nõ dabat.
Sed diceres. qualia signa petebant. Re
spondet Hiero. i omel. In morem helie ⁊c.
ergo ignis tormentoꝝ in eis non extinguet
vel tonitruũ: vt tempe samuelis. Et sic to/
nitruum damnatiõis ab eis audietur. Ite
maledicti ⁊c. Idcirco respondit. Generatio
mala ⁊c. O infelices iudei. nonne quadru/
plex signum eius diuinitatis vidistis. Pri
mo in reuelatione vestrarũ cogitationũ qd̃
soli deo conuenit. ij. Regum. viij. Tu solus
nosti corda filioꝝ hominũ. Secundo in lo
cutione Johan. vij. Nunq̃z sic locutus est
homo. Tercio per miracula que nemo fecit
Johis. ix. A seculo nõ est auditum quia q̃s
aperuit oculos ceci nati. Joh. xv. Si nõ ve
nissem et locutus eis fuissem peccatũ nõ ha
berent. Quarto testimoniũ omnium ꝓphe/
tarum. Johã. v. Scrutamini scripturas qꝛ
vos putatis in ipsis vitam eternam habere
Subdit. Et adultera. quia multis amato
ribus se copulauerat. Aug⁹. Anima deserta
a creatore ⁊ amans creaturã adultera est. et
sic adulterant ydolatre. Simil'r [illegible] Gal.
v. Auaricia est idoloꝝ seruitus. Similiter
amatores mundi Jac. iiij. Adulteri nescit⁹

Feria q̃rta post Inuocauit

quoniam amicicia huius mũdi inimica est deo. Tales sunt q̃ adhuc querunt signa ꝛc. sed non est opus. Aug⁹. Magnum est ꝓdigium ꝙ toto mundo credente iudei nõ credunt. ido adulteri. Dicit eni valerius libro viij. de zabulon rege qui statuit legẽ ꝙ adultero deꝑhenso vterq; ocl'us ei erueret. Factuz est vt filius suus adulter efficeretur. idcirco tota ciuitas legi resistebat ꝓpter honorẽ patris. Ne igitur lex statuta euacuaret sibi vnum oculũ ꝛ filio vnũ misit eruere. Spũal'r Et sic rex regũ sustinuit mortẽ ꝛ homo mortem tꝑalem ne homo duplici morte moreretur. i. Coꝝ. xv. Sicut in adam om̃s moriũt ita ꝛ in xp̃o om̃s viuificabunt. Et ozee. xiij. O mors ero mors tua. In summa euangelij tria innuũtur. Primo temptatio potestatis ammirande. ibi Accesserũt. Secũdo subditur cõminatio penalitatis infligẽde. ibi Uiri niniuite. Tercio tangit examiatio charitatis amplexande. ibi Adhuc eo loq̃nte.

De ꝑmo dicit. In illo tempe scz post eiectionem surdi ꝛ muti accesserũt ad illũ quidam de scribis ꝛ phariseis dicentes. Magister volumus a te signũ videre. Dicit Hieronim⁹. Signũ postulant quasi illa q̃ viderãt signa nõ fuissent vt lucas exꝑmit capl'o xi. Petentes nõ ex deuotione vt ex h̃ credãt sed ex curiositate signuz d̃ celo. forte vt toni trua audirent. vt tempe samuel'. i. Reguz. ij. Quod fuit magnũ in palestina tempe estatis ꝓpter defectũ materie ꝛ potentiã agentis scz solis qui consumit om̃es vapores ita ꝙ non possunt ibi generari hm̃oi passiones aeree. et ideo raro sunt ibi pluuie. Uel forte petebant ignẽ de celo descendere sicut tempore helie. iiij. Re. i. quasi nõ possent talia signa calumniari ꝛ dicere ꝙ ex varijs passionibus accidissent. Contra quos Hiero. sic ait. Nã si calumniaris ea q̃ oculis vides. manu tenes. vtilitate sentis. quid factur⁹ esses d̃ hijs que de celo veniũt. vtiq; respondebis: ꝛ magos in egypto ml'ta signa fecisse d̃ celo. Hec ille. Et nota ꝙ verba eoꝝ sunt plena adulatiõe: qꝛ magistꝝ vocãt quẽ pri⁹ demoniacũ appellabant. Qui respondens ait illis. Generatio mala ꝛ adultera signuz querit. et signum non dabit ei nisi signũ Jone ꝓphete

Ubi sciendũ ꝙ quãdo cõuiciabant ei dicentes ꝙ in principe demonioꝝ demonia eijceret. mansuete respondit eis per ratões improbans dictũ eoꝝ. Hic ꝟo eum laudando adulantur magistꝝ vocantes. aspere respondit eis. In quo docet opprobria ꝛ adulationes esse vitandas. Ul'vt crisostom⁹ dic̃ hoc fecit demõstrans ꝙ vtraq; passione erat superior. et neq; conuicijs in iram cõducit neq; adulatione mollit. Hec ille. Et sciendũ ꝙ vocat eos primo generatõem malã: quia vt dicit crisost. Ipse xp̃us ꝓpter h̃ dicit eos generationez malam. quoniã ingti semp facti sunt contra bñ factores. et per bene facientes moniti deteriores fiebant qd̃ est vltime malicie. Hec ille. Secundo vocat eos generationem adulterã. quia ꝛ si idola nõ colebãt tamen a vero sponso xp̃o se alienabãt. Et qꝛ dixerat ꝙ nõ dabitur eis signum. scz nisi signum Jone ꝓphete. Ido quale illud signũ fuerit ostẽditur cum subdit Sicut eni fuit ionas in vẽtre ceti tribus diebus ꝛ tribꝫ noctibus. sic erit filius homis in corde terre tribus diebus ꝛ tribꝫ noctibus. Jonas enim fuit signũ niniuitis dupliciter verbꝫ ꝛ facto Uerbꝫ. qꝛ viua voce eis significauit ꝙ perirent nisi conuerterent. Facto ꝙ fuerit in ventre ceti tribus diebꝫ ꝛ noctibus Ubi fuerũt tria. scz absorptio. detentio. euomitio. Absorptio fuit mortis signum. detentio sepulture euomitio resurrectõis. Uñ rabanus ostendit iudeos ad instar niniuitaruz crimiosos et nisi peniteãt subuersioni fore ꝓximos. sed sicut illis denunciat supplicium ꝛ demõstratur remediũ. ita iudei non debent desperare veniã si saltem post christi resurrectõez egerint penitentiã. qꝛ mors xp̃i reconciliatõ est mundi. Jonas eni. id est columba vl' dolẽs est signũ eius sup quem descẽdit spũssanct⁹ in specie columbe. qui ꝛ dolores nostros portauit. Piscis qui ionam deuorauit in pelago significat mortẽ quam xp̃s passus est in mundo Tribus diebꝫ ꝛ tribus noctibus fuit ille. scz ionas in ventre ceti. Et ille scilicet christus in sepulcro. ille eiectus est in aridã ille surrexit in gloriaz. Hec ille. Et sciendum ꝙ illi tres dies intelligunt ꝑ synodochen per Hieronimũ vt in ꝑte totum intelligas. Prima ergo dies computatur a ꝑte diei parasceues cum nocte p̃cedente. Scd̃a a die integ̃ scz sabbati cum nocte p̃cedente. Tercia a parte diei dñice cuz nocte precedẽte. Et sic sunt tres dies artificiales ꝛ tres noctes. Uel aliter. tribus noctibꝫ. id est duabꝫ ꝑm rem et tercia ꝑm rõem. Nam ante passionem dies p̃cessit noctes. in quo significatur status innocentie p̃cedẽs statum culpe. ꝑm hoc dies parasceue computatur cum nocte

seq̄nte dies sabbati cū nocte sequente. et sic duo dies et due noctes. Tercia dies dn̄ica cum nocte p̄cedēte quia tunc nox precessit diem. ⁊ sic illa nox in rōem duaꝝ ꝯputatur Et sic sunt tres dies ⁊ tres noctes. Nota ſm Greg. Signa facere nō est sanctitatꝭ ꝓbatio. ſz vnūquenq̄ seipsuꝫ diligere virtus christiani hoīs consistit in amore nō in mirabili oñsione. Joh. xiij. In h̄ oēs ꝯgnoscēt ꝙ mei estis discipuli. si dilectōem habetꝭ ad inuicē. nō dicit. Si signa feceritis. Hiero. In p̄mitiua eccl'ia signa nccaria erant. nūc non. Prīo qꝛ fides nō erat introducta Nā filum zeta inserit: ⁊ postq̄ filū est ītroductū zeta nō est necessaria. Scd̄o in p̄mitiua ecclesia fides nō erat roborata. Greg. exemplificat de iuuenibꝫ plantꝭ q̄ primo rigant post ea nō. Tercia ratio qꝛ eccl'ia mō meritis est cumulāda. Grego. Fides nō habet meritum vbi ratio ⁊c̄. Ideo reprehēsibiles sunt tales qui signa q̄runt ad credendū. vl' q̄ desiderāt ꝙ eis loquat deus visibil'r vel ꝑ angelū. Uel volūt certificari an sint in g̃tia vl' non. Qd̄ si fieret forsitan ꝑ reuelationē supbirēt ⁊ peiores efficerent. Roꝝ. i. Just⁹ ex fide viuit. Ideo hec est generatio mala q̄ fidez inficit. Jac̄. ij. Fides sine opibꝫ mortua ē. psal. Generatio mala nō direxit ſm deū cor suū. nec est creditus cum deo spūs eius. Adultera q̄ spūale adulteriū ꝯmittit. psal. Fornicati sūt in adinuētionibꝫ suis. Ideo talibus nō datur signū vanitatis ⁊ curiositatꝭ ſz vtilitatꝭ. Jonas ꝓpha figurat pctōrem q̄ est in mari pnīe. ⁊ nō submergit ꝑ desꝑatōem ſz a vētre ceti suscipit ⁊ in sinu diuine miscd̄ie sustentatur. in quo manet ꝑ triduū contritōnis et satisfactionis. Et ꝑ h̄ triduū suscitat a morte peccati. Osee. vi. Uiuificauit nos post duos dies. In die tercia suscitabit nos ⁊ viuemus in cōspectu ei⁹. ⁊ tribus noctibꝫ. cū deflet tria pctā cordis oris ⁊ opis. Uel deflet preterita. declinat pn̄tia. ⁊ cauet futura. De hijs noctibꝫ Thob. viij. Deprecemur deum hodie ⁊ cras. qꝛ hijs tribꝫ noctibꝫ deo iungimur. He noctes nō hn̄t obscuritatē. Psal'. Nox sic̄ dies illūinabit. Sz mlt'i q̄ figurā ione nō respiciunt. iō viri niniuite condēnabunt eos. Sz. d. quare nō signū de celo sed signū de inferno vel de sepulcro. Rn̄det ꝓpter indignitatē. qꝛ filij viperaꝝ. Mat. iij Progenies viperaꝝ q̄s demōstrabit vobis fugere a ventura ira. Scd̄o iō qꝛ filij diaboli ꝓpter prauitatē. Joh. viij. Uos ex patre dyabolo estis. ergo non de celo ſz de inferno.

Sz d. Cur ionas ⁊ nō alter ꝓpha a christo ponit ꝑ signo. Rn̄det hiero. Quia in iona dn̄icū mysteriū manifeste monstratū est in multis q̄ significabant xp̄m. Primo id̄o ionas missus predicare niniuitis tempestatem patit maris. Sic filius dei missus a patre in mundū tēpestatē. i. ꝑsecutiōez a populo patit. Hiero. Actualis non defuit seuicia premēs ⁊ iusticia patiēs. Scd̄o Jonas dormiuit in tēpestate. ⁊ sic christ⁹ mortuus ī ꝑsecutione. Tercio ionas missus in ꝓfundū marꝭ a ceto deglutit. ⁊ sic christ⁹ amarissima morte mortuus anima infernū intrauit. corpus sepulcꝝ. et deitas cū vtroq̄. Quarto iō quia sic̄ ionā cetus ille nec digerere nec intra se valuit retinere. ita infern⁹ ⁊ mors non potuit retinere christū. psal. xv. Non dabis sanctū tuū videre corruptōem. Quinto iō quia sic̄ ionas fuit in ventre ceti tribꝫ diebꝫ et tribus noctibꝫ. et sicut cet⁹ tercia die eum euomuit. sic ⁊ xp̄us tercia die resurrexit. Itē sexto iō qꝛ sicut ionas solus eiect⁹ ē in mare vt alij saluarētur. ita christ⁹ solus mortuus est vt nos oms saluaremur. Joh. xviij. Si me q̄ritis sinite hos abire. Itez septimo sic̄ ionas predicauit niniuitis si nō peniterent absorberent. ita ⁊ christus iudeis. Luc̄. xiij. Nisi pn̄iam egeritis oms sil' pibitis. Subdit. Uiri niniuite surgent in iudicio cū generatōe ista ⁊ ꝯdēnabūt eam. Sz d. tn̄ dr Joh. v. Pater om̄e iudiciū dedit filio. Rn̄det Hiero. in omel'. q̄ ipsi condēnabūt eam nō ea autoritate vt christ⁹: nec approbatiōe sentētie vt apl'i Sz comparatōis exēplo. s. melioris vite. Hic vlteri⁹ q̄ritur sup illo ꝟbo Signū nō dabit eis ⁊c̄. Quare n̄ dedit eis signū vt viso signo crederēt in ip̄m. Dicendū ꝙ non q̄rebāt signū ad credendū. sed ad reprehēdendū ſm Crisꝭ. Jō tūc nō d̄dit parcēs eis. Itē dr. signū nō dabit. Cōtra Multa signa dedit eis añ suam passionē: sic̄ illūinationē ceci et multa alia. Dicendū ꝙ illud nō est dictū ꝙ alia signa añ mortē christi n̄ fuerant data. ſz qꝛ mors et passio eius fuit signū precipuū ⁊ vltimū ⁊ signū signoꝝ ī qd̄ omīa ducebant. qd̄ special'r datū iudeis dr ꝙ illi si crederēt saluarent. sinautē aliter subuerterent. Ul' intelligendū est illo mō. Signum n̄ dabat eis. ⁊ si postea datū sit Sil'r alia dubia supius mota. s. in precedentibus hic etiam pn̄t adduci. Dixi scd̄o tangit cōminatio penalitatꝭ infligēde. De qua nūc

Feria ꝗrta post Jnuocauit

sequitur. scz Viri niniuite surgēt in iudicio cum generatione ista ⁊ condemnabūt eam: quia pniam egerunt in p̄dicatōe ione ⁊c̄.

Ubi sciendū q̄ ne ꝙs ſm Crys. estimaret q̄ iudei in futuro cōuerterent sic niniuite. Jō saluator totū contrariū dicit: qm̄ ex beneficō passiōis xp̄i nullū fructū pceperūt. Quia niniuite ꝺdēnabunt generatōz iudeoz. nō aut tortitate iudicandi. sz compatōe melioꝛ vite Si condēnabūt. ergo cōuertent. Hoc verū est de iudeis q̄ rei fuerūt ī passione xp̄i ex certa malicia. Meliores aūt vite fuerūt niniuite quātū ad h̄ q̄ pniam egerunt ad p̄dicationem ione. Et subdit. Et ecce plus ꝙs ionas hic scz ī medio vestri. Quia ſm hieronimū ionas triduo predicauit. Chriſt⁹ tribꝫ ānis cum dimidio. Jlle assiriꝫs genti incredule: christus iudeis populo dei. Jlle voce simplici. christus voce signis ⁊ miracul'. Jlli assiriꝫ conuersi sunt ad predicatiōem ione. Jsti iudei nec conuertūtur nec meliorant. Ideo assiriꝫ condēnabunt istos: qz plus ꝙs ionas. Hec hieronim⁹. Sciendū q̄ Rabanus dicit. Tunc ostendit dn̄s hiꝫs p̄ntib⁹ ꝟbis vnam esse bonoꝝ ⁊ malorū resurrectionē futuram. contra q̄sdā hereticos q̄ dixerūt vnā esse resurrectōem bonoꝝ ⁊ alteram malorū. Destruit etiā in hiꝫs verb̄ fabula iudeoz q̄ solēt dicere q̄ añ iudiciū mille ānis celebret resurrectio apte hiꝫs ꝟb̄ oñdēs qz mox vt celebrabit resurrectō celebrabit ⁊ iudiciū. hec ille. Et notauit ī hiꝫs verb̄. Surgēt ⁊ condēnabunt eam. Subdit Regina austri Luce xj. Seruus sciens voluntatē dn̄i ⁊ n̄ faciēs vapulabit plagis multis. Et sic iudei ⁊ mali xp̄iani. Psal. Nos aūt pp̄l's eius ⁊ oues pascue eius. Bzego. Quanto maiora beneficia tanto maiora supplicia. Exemplū de vita spatz. q̄ Macharius ī deserto inuenit caput: interrogauit cui⁹ esset. Rn̄dit: cuiusdaz principis sacerdotū gentilium. Requisiuit. Es pfunde in iferno. Rn̄dit: quantū celum a terra distat. Req̄siuit an alij eēnt pfundiores eo. Rn̄dit: iudei qui deū cognitum negauerunt. et cognoscētes ip̄m nō glificauerunt vt xp̄iani. Roz. i. Quia cum cognouissent deum nō sicut deū glorificauerūt. aut gr̄ias egerunt. sz euanuerūt in cogitatōib⁹ suis. ⁊ obscuratū est insipiens cor eoz. Ideo apl's ad Hebreos. Si ꝙs irritū facies legē moysi sub duobus vl' tribꝫ testibus morietur. quāto magis qui sanguinē christi cōculcauerit Ad hebre. vi. Rursum crucifigentes filium dei ⁊c̄. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista a finibus terre audire sapientiam salomonis. Prouerbiozum. i. Doctrinam atq̄ sapientiam stulti dispiciunt. O quot sūt: vt dicitur ibidem Eccl'iastes i. Stultoꝝ infinitus est numer⁹. Sicut⁊m possibile est peccatorem saluari sine penitentia sic ⁊ a peccatis abstinere sine sapientia. Et ecce plus ꝙs salomon hic. Hiero. Eodez modo condemnabit regina austri populuz iudeoꝝ quo condemnabunt viri niniuite israelem incredulū. Hec ille. Illa a remotis venit. isti presentem habuerunt. Illa mulier: isti viri. Illa cum labore: isti sine difficultate. Illa laudauit alienigenā. scilicet Salomonem. isti cōdemnauerūt proprium terrigenam. scz christum Illa ad ipsum venit quē sola fama cognouit. isti probatū miraculis contempserunt. Illa ad purum hominem. isti ad deum ⁊ hominē. Illa cum muneribꝫ isti cum opprobriis et vulneribus. Idcirco dicit Crisostomus. Regina austri venit a finibus terre. et christiani nolunt venire de plateis ad audiendū christuz. Multi de ecclesia exeunt: ⁊ christū ibi solum relinquunt Sequitur nunc cōminatio eterne pene per presentem comminatōem. ibi. Cuz immundus spiritus exiet de hoie ⁊c̄. vsqz. ibi. Sic erit generatiōi huic pessime. Hoc inuenies expositum infra dominicā terciam quadragesime. ideo hic exponere ptermitto Dixi tercio tāgitur examinatio charitatis amplexande. quod desiderū probat de maternis. supple rebus vel affectib⁹. Adhuc eo loqnte ad turbas. ecce mater eius et fratres ei⁹ stabant foris querentes loqui ei ⁊c̄. Ubi sciendum q̄ christus turbis predicando cōsuit scribas ⁊ phariseos. sicut ⁊ hodie ꝺbet fieri in predicando ad populū vulgarem. vbi reuera expedit vicia prelatoꝝ tangi. Attamen generali ſmone. quia predicator nō descendat ad singularia hominū. Et sciendum q̄ licet pharisei essent mixti cum turbis. tamen p̄cipaliter p̄dicabat propter turbas erudiendas. Aduertendū est etiā ſm Crisostomū q̄ quando dyabolus vidit q̄ christus persuadebat populo q̄ esset fili⁹ dei dicens: Ecce plus ꝙs ionas hic ⁊c̄. Et timens ne si fili⁹ dei cognosceret qui putabat homo ipse derelinqret ab omibus. Ideo ad vncendos ſmones eius introduxit pentes eius carnales. vt p cor contēplationē diuina eius obscuraret naturaz. Et venit vnus

dyaboli existēs aduocatus. quia hūano ore verba dyabolica loquebat dicens. Ecce mater tua ꝛc. Insidiando hoc dixit vt exploraret si carnis affectu predicationē inceptam dimitteret. Et ideo multas implicauit instantias que ipsum mouere poterant ad cessandum dicens. Ecce quasi in prompto sūt et in patulo vbi verecundū est stare. Item mater tua que precipitur honorari. Itē fratres tui quos natura ꝛ lex iubet diligi Item foris stant expectantes te in loco exteriori. Item querentes te: quia propter te solū venerūt. ideo debes ad eos egredi. quasi d. ſm Crisostomū. Quid gloriaris o ihesu de celo dicens te descendisse qui radices habes in terra. nō potes esse filius dei quem homīes genuerunt. nō potes in te illum abscondere quē natura conuincit. Fratres autem nominat cognatos eius ſm morē scripture: vt dicit Hieronim⁹ contra heluideū. Ulteri⁹ nunc sciendū ꝙ quattuor modis in scripturis diuinis fratres dici merent. natura. gente. cognatione. affectu. Natura vt iacob et esau. Gente vt omnes iudei fratres inter se vocant. sicut in Deutero. Non poteris sup te constituere hominē alienum qui non est frater tuus. Porro cognatione vocant frēs qui sunt de vna familia. sicut in Genesi dixit abraam ad loth. Non sit rixa inter me et te: quoniā fratres sumus. Affectu etiam fratres dicūtur. quod in duo diuidit. in speciale ꝛ cōmune. In speciali qꝛ christiāi fratres dicuntur vt saluator dicit. vade dic fratribꝫ meis. Porro in cōmuni: quia oms homīes ex vno patre nati pari inter vos germanitate coniungūtur. sicut ibi. Dicite hijs q̄ oderunt vos. fratres nostri vos estis. Interroga ergo iuxta quem modum fratres domini in euangelio appellant iuxta naturā. Sz scriptura nō dicit. nec maria nominās eos filios: nec ioseph iuxta gentē. Sed absurdum est vt pauci ex iudeis vocati sunt frēs: cum omnes ibi erant potuerunt appellari iuxta affectum hūani iuris et spūs. videt ꝙ sic. qꝛ magis erant frēs q̄ apl'i quos dn̄s docebat intrinsecus. aut si omnes quia homīes sunt fratres stultum fuit nunciare quasi ꝓpriuz. Ecce fratres tui querūt te. Restat igitur vt fratres eos intelligas appellatos cognatōe non affectu. non gentis priuilegio nō natura. Hec hieronimus. Et respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea et fratres mei quasi diceret. Non habeo carnalē affectum ad eos. Per h̄ enī ſm Hieronimū. nō negauit matre ne natus de fantasmate putaretur sed apl'os cognationi p̄tulit vt ꝛ nos in ꝯparatione dilectōis carni spm̄ preferam⁹. Hec ille. Et extendēs manū suam in discipulos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Mater eius sunt qui eū in corde suo concipiūt et eum pariūt per predicatōem in cordibus auditorum. Et fratres eius sunt qui opera patris eius faciūt qui ei coheredes erunt in celo. Et hij fuerunt discipuli eius. de quibꝫ dixit iohis. xx. Uade ad frēs meos ꝛ dic eis In hanc maternitatē aut fraternitatē spūalem confidere debemus nō in carnalē. Unde Crisostom⁹. Cum hijs autē que dicta sunt et aliud nos docet. videlz in nulla cognatōe confidentes virtutē negligere. Si enī marie nihil ꝓdesset mrēm eē nisi virtus adessz. quis vtiqz ali⁹ p cognatōem saluabit. Una enim sola nobilitas est scz dei facere volūtatem. Hec ille. Et sciendum ꝙ non solum dixit hic saluator se habere spiritualem affectum ad discipulos sed ad omnes alios Ad hebreos. ij. Non confunditur nos vocare fratres De quibus nunc subdit. Quicunqz enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse me⁹ frater et soror et mater est. Frater enī ꝛ soror xp̄i efficitur homo credendo. iohis. i. Dedit eis ptātem filios dei fieri hijs q̄ credūt in nomīe eius. Mater ꝟo predicādo qꝛ gignit fructū in cordibus auditoꝝ. Nota ꝟbū dei cōcipe ꝛ parere ē res felicissima. Un̄ aug⁹. loq̄ns de virgitate dicit. Beatior fuit virgo Maria ꝓfitendo xp̄m q̄ concipiendo carnē christi Nihil enī marie materna ꝓpinq̄tas ꝓfuisset. nisi illa felici⁹ corde q̄ carne gestasset. Sz diceres quare dn̄s non fecit mentionem de patre: dicendo ipse meus frater soror et pater est. Respondetur ſm Hieronimū: ad hoc ꝙ homo generat aliū spūaliter oportz ꝙ hō a deo accipiet. Non enī homo hoc a se habet vt alium posset spiritual'r generare. ideo nō meretur dici pater generari. Nā pater concurrit ad generatōem actiue. qual'r hō ad spiritualem generatiōem concurrere nō potest sed solū more matris passiue ꝛ receptiue.

Sz d. quare christus nō d'r filius noster Rn̄detur ꝙ hec formatio non dat esse xp̄o: sed potius nobis. aliud est formare xp̄m. aliud xp̄m formari in nob. Sicut aliud est figurare sigillū: aliud figurari sigillū in cera. xp̄s nō figurat p nos sed figurat in nobis.

Feria q̃rta post Inuo.

Nota voluntatē dei debem⁹ implere. Primo ꝓpter ꝑuitutis conditōem. Aug. in soliloquio. Noli esse ꝓprius in tue voluntatis potestate. non est serui vt viuat sibi sꝫ dño. Et sic loq̃tur apl'us ad Gala. ij. Uiuo autē iam nō ego: sed viuit in me christus. Et sic scribit̃ ad Ro. vi. Quod enī viuit viuit deo Secundo ꝓpter fortē beneficioꝝ obligatōꝫ Unde bernardus in libro de diligendo deū. Ratio dictat. iusticia naturalis vrget totuꝫ se tradere illi a quo se totū habet. Et subdit postea Si totū me debeo pro me facto. quid addam iam pro me redempto ⁊ refecto. in primo opere scꝫ creationis me mihi dedit. In secundo scꝫ redemptionis se mihi reddidit. Tercio ꝓpter voti ꝓmissionem. promisimus enī ei in baptismo renunciare dyabolo. Psal. lxxv. Uouete ⁊ reddite domio deo vestro. Eccī. v. Melius est nō vouere q̃ꝫ p⁹ votum ꝓmissa non reddere. Quarto ꝓpter nostre voluntatis impletionē. quia qui voluntatem dei implet deus facit voluntatem suam Johan. ix. Si quis dei cultor est ⁊ voluntatem eius facit hunc audit.

De eodem.

Sermo. XV

Nota ꝙ quiq̄ miracula facta sunt in homine isto Primū quia curatus fuit a demonis vexatione. Secundū qꝛ illumīatus est a cecitate. Tercium quia recepit auditū. s̄m Tytum. Quartū quia recepit facultatez loquendi. Sed qꝛ aliquis posset habere facultatem loq̄ndi qui adhuc non loqueret: si loqui non didicisset. Ideo q̄ntum miraculuꝫ fuit ꝙ cum iste loqui nō didicerit: nec vnq̄ audiuerat alios loqui: statim locutus fuit. Tantum miraculū est ac si puer natꝰ statim loqueretur. Deinde ponitur dispositio astantium. Quidam enim admirati erant quasi credentes. Quidam vero dubij miraculum refutantes. Sed q̄dam maliuoli opus calumniantes. Unde dicit Et admirāte sūt turbe. Est autē admiratio sup causa incōsueti effectus occulta ratiocinatio. Et ideo turbe hoc miraculū in aliquod maiꝰ hodie referebant. Unde Math. xij. dr̄ Stupebāt omnes turbe ⁊ dicebant. Nunquid hic est filius dauid. Glo. Ob misc̄diam inquit et beneficium filiū dauid predicāt. Deinde ponitur quomō aliqui calumniati sunt miraculum Quidaꝫ aūt ex eis dixerūt. Math. et Marcus dicūt istos fuisse scribas ⁊ phariseos In beelzebub principe demonioꝝ eijcit demonia. Turbe laudauerūt miraculum pharisei aūt non potentes negare publicuꝫ factū conati sunt illud peruertere: dicentes ꝙ in virtute demonis facta esset eiectio.

Nota ninus conditor ciuitatis niniue propter consolatiōem de morte beli patrꝭ sui statuam fecit in honore patris. Ad quam confugientes qui furtū fecerunt ⁊ q̄ rei erant veniam merebātur. Unde ipsam statuaꝫ ceperunt reuereri. Et tandem succedente tempe dyabolo instigante diuini honores ipsi statue sunt attributi. Et sic incepit cultus ydolatrie: vt dicit̄ Sap̄. xiiij. Hūc deum caldei appellabant beel. palestini baal. moabite beelphegor. diuersis vocibus s̄m diuersitatez linguarū vocabant. Sed iudei derisorie vocabant illū beelzebub. id est deū vel viꝝ muscarum. qꝛ magna mlt̄itudo muscaꝝ erat in templo eius ꝓpter sordem cruoris immolati. In h̄ aūt simulacro dicebāt habitare p̄ncipem demonioꝝ. forte ꝓpter tria. vel quia ī eo fuit idolatrie principiū. Aut qꝛ cultꝰ eius erat generalis apud oms gentes. Licet eniꝫ quedam natio specialis alios haberet deos hunc tamen velut vniuersalē deum oms venerabantur. vl' qꝛ nullū idolum reperiebat̄ efficacius isto. Attende cōtraria fuit ista cōtumelia xp̄o: qua iudei reputauerūt christū

Dominica Oculi

velut maleficum mendacē q̄ i virtute demo nis faceret miracula. Sz diceres. Valde mirabile est vnde moti fuerunt iudei ꝺ̄ ꝓ̄ hoc opinari. Et est dicendū q̄ iudei nō cre/ debant christuz hoc fecisse virtute demonis. nullum enim signū apparebat ad hoc. Sic tamē agitati stimulo inuidie nō considera/ uerunt an diceret verum vl falsuz dūmodo tamen aliq̄ mō possent viciare istud mira/ culum. Unꝺ Crisо. Inuidia nō querit q̄d dicat. sed soluz vt dicat. Item ibidem inq̄t. Nulla malicia peior est inuidia. Adulter in breui cōplet pctm̄ suum. inuid⁹ aut̄ nunq̄z qui escit. Sz sicut scarabei nutriunt sterco/ re. ita inuidi alioz infortunijs. Et ideo ſm Remigiū. Solo odio moti z inuidia: nihil sordidius inuenientes qꝺ obijcerent domino dicebāt q̄ in beelzebub eijciebat demonia.

Un̄ nota q̄ in ista cōtumelia peccauerūt peccato gr̄uissimo. scz in spm̄ sanctū. in eo q̄ re stiterunt veritati quam tm̄ cognoscebant .ij. Thimo .iij. Queadmodū iamnes z mābres restiterunt moysi. ita z hij resistunt veritati tc̄. Et iō saluator aggrauat pctūm istud. vt patz ſm Mar .iij. in isto loco q̄ dic̄ Quicū q̄z dixerit contra filiū hois remittet̄ ei sz qui dixerit verbū ꝓtra spūm sctm̄. id est ꝺ̄ id qꝺ spūssanctus apto corde demonstrat. non re/ mittet̄ in h̄ sec̄lo neq̄z in futuro. Deinde po nit quomō alicui nō tm̄ conuiciabantur: sz querebāt experimentū miraculi. Et aliꝭ tem ptantes: cum tm̄ scriptū sit. Non temptabis ꝺ̄m tuū tuum. Deu. vi. Signū de celo q̄re bāt. q. ꝺ. Nescim⁹ in qua ꝓtute operet̄ mira cula: sz si aliqꝺ mirabile signū de celo feceris sicut moyses columnā in aere. Josue ꝓ̄ fec̄ solem stare imobilē. Helias aūt fecit ignem de celo descendere ad cōbustionē inimicoꝝ suoꝝum. Ezechias aūt fecit solem retrocede re. si aliqꝺ istis simule feceris: credem⁹ ex hoc q̄ diuina virtute miracula facias. Sz quia isti nō desiderabāt signū vt ex hoc crederēt sed magis vt delectarēt in nouitate miracli. ideo nō dedit eis signū de celo. Nota ī tri bus dn̄icis seq̄ntibꝫ legitur euangelium de demonio. Ratio: qz quattuoꝝ genera hoim temptat diabolus. Primo ꝙsdaz temptat z nō vincit. et isti significant̄ p̄ temptatōnem christi. Secundo aliq̄s temptat z supat et verat male. Isti significant̄ p̄ filiā mulier̄ chanance Tercō aliquos tēptat z superat. z tamen postmodū p̄ ꝓtritionē expellit. Isti si gnificāt̄ur p̄ demoniacū q̄ curat⁹ fuit. Quar to aliquos temptat z supat z fugatus fugit sed tandē reuertitur. Isti significant̄ per hoc cum ꝺ̄r Cum immūdus spūs tc̄. Nota christus demoniū hic expulit. et legit nobis in exemplū. Nam in tribꝫ casibus aliq̄s de domo conducta expelli pōt. Primo q̄n pen/ sionem nō soluit. Et sic diabolus. Nā deus dedit homini tria de q̄bꝫ vult habere pensio nem. scz corpus aiam z res. ꝺ̄ corpe requirit ieiuniū. sed diabolus ꝓhibet: quia est sibi ve nenum. Amb. Jeiuni hois sputū serpentes interficit. De aima ozatiōes: sed diabol⁹ pro hibet: qz sunt sibi incēdiū. Thob. vi. Cordis particulam si sup carbones ponas. fumus eius extricat omē genus demonioꝝ. De re/ bus vult habere elemosinam. diabolus ꝓhi bet: qz sunt sibi iacula. Eccl. xxix. Conclude elemosinam in sinu paupis. et hec p̄ te exo/ rabit ab omni malo. Elemosina viri quasi sacculus cum ipso. et grām hominis quasi pupillū confuabit. et postea consurget z re tribuet illis retributōem vnicuiq̄z in caput illoꝝum. Sup scutū potentis et lancea ad/ uersus inimicū tuū pugnabit. Sc̄ꝺo quis expellitur q̄n domū ad malū vsuz conuertit Et sic ꝺyabolus Apoc̄. xvij. Facta est habi/ tatio demonioꝝ babylon. scz i auaricia. z cu stodia omnis ſpūs immūdi. s. in luxuria. et cu stodia omnis volucris immūde. s. in su perbia. Tercio expellit quis de domo quā ꝺ̄s per se vult inhabitare: sic z nunc Joh. xiij. Ad eū ve. z man. a. eū fa. i. Corinth. iij. Templū ꝺ̄. san. ē qꝺ estis vos. Item sci endum multis modis dem⁹ diabolū ejice/ re. Primo vt canē ꝺ̄ coquina. s. calida aqua hoc est lacrimis contritiōis. Psal. Contri bulasti capita ꝺraconū in aq̄s. i. pctā capi/ talia. Figurat Exodi. xvij. Pharao submer sus est in mari rubro. i. diabolus in lacrima rum fluuio. Et sic eiecit eū Maria magda lena Lu. vij. Danc aquā non habuit iudas tc̄. Secundo vt homo expellit de domo per stillicidium. s. ꝓdicationis. Job. xiij. Stil/ le cadentes excauant lapideꝝ. i. lapidea coꝛ da. Figurat Mat. vij. Obtulerūt ei m̄tos demonia habētes z ejiciebat spūs immūdos verbo. Tercō vt hō ejicitur ꝺ̄ domo p̄ fumū sz ozōnis. Thob. vi. Particulaz cordis et⁹ si sup carbones posuer̄ fum⁹ eius extricat oē genus demonioꝝ. Figuratur. i. Regū. xvi. Dauid cythara sua fugauit spm̄ malignuz de saul. Quarto ejicit vt vulpis de antro. s. fame. sic p̄ ieiunū ejicit diabol⁹ Mat. xvij.

Hoc genus demoniorum in solo ieiunio & oratione eiicitur. De quo in littera. Cū immūdus spūs exierit ab homine querens requiē per loca inaquosa. id est arida. & nō inuenit Prouerbiorum. xxvi. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Et ysidorus. Ardentes sagitte diaboli ieiuniorum frigore sunt restringē de. Quinto vt ribald⁹ eiicitur de ciuitate. scz virga disciplīne Prouerbiorum. xxij. Stulticia colligata est in corde pueri. & virga disciplīne fugabit eam: vt patet de sancto Benedicto. similiter de sācto Machario qui sentiens stimulū carnis aggrauauit corp⁹ eius pondere lapidum. Cui abbas dixit. Macharī quid portas. Respondit. vexo vexantem. Uel debet eiici virga crucis. Isaie. xxx. Pauebit assur virga percussus. Hac virga eiectus est dyabolus De quo Johānis. xij. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Nota ergo primum demonē debem⁹ eiicere vt serpentem de vinea p odorem. scz humilitatis: quia humilitas est herba odorifera que deum attrahit & diabolum expellit. Canticorum. i. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Nardus est parua herba & dicit odorifera Canticorum. ij. Unee florentes odorez dederūt id est anime humiles attrahunt deum. Lu. p̄mo. Respexit humilitatē ancille sue. Et expellunt dyabolum: vt patet in vita sancti Anthonij cui dixit diabolus. O humilitas tua me vincit. p̄mi Regum. xv. Nonne cuz paruus esses in oculis tuis. caput in tribubus israel factus es. Secundum demonem auaricie debes eiicere sicut serpentem ab homine per denudatiōem: quia fugit hominē nudū. Et sic debes te denudare a male quesitis. Augustinus. Si tenes obolum tenebris a diabolo. Luce. xi. Quod superest da: te elemosinam. Tercium demonez luxurie debes eiicere sicut ribaldum de ciuitate. id ē virga disciplīne. Eccī. xi. Malicia vni⁹ hore oblīuionē facit luxurie magne. Quartuz demonem iracundie scilicz sathanam debes eiicere vt hominē de domo per stillicidium scilicet verbi dei Mathei. v. Omis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mathei viij. Eiecit spiritus imundos verbo. Quintum demonē inuidie scz beelzebub p fumuz de uore orationis. Septum demonē gule. s. behemoth: sicut vulpem de antro. Septimum meridianū scilicet accidie. sicut canē de coquina. vide supza. Item sciendum quare debet eiici: quia facit hominē mutum Nam diabolus facit vt lup⁹ qui capit ouē non per pedem nec per manum: sed p collū. Sic diabolus est lupus. De quo Johā. x. Lupus capit & dispergit oues. Qui non tenet peccatorem per pedes: quia dimittit hominem ābulare ad ecclesiā. Non per manū quia permittit elemosinā dare. Non per aurem. quia p̄mittit eum verbum dei audire. sed dumtaxat tenet eum per guttur ne manifestet iniquitates in confessione. Naz diabolus facit vt fur qui intrat domū & claudit ostium. id est os ipsius peccatoris. manu in qua sunt q̄nq; digiti. Prim⁹ digit⁹ ē pollex. De quo Eccī. xij. Non confundaris p anima tua dicere verum. Et sic obmutuit adam Geneseos. iij. Huic digito resistere debes per memorie reuelationem tempore iudicij. Mathei. x. Nihil opertum quod nō reueletur: et occultum quod non sciatur. Et prima ad Corinth. iij. Ueniet dñs & illūminabit abscondita tenebrarum. Bernardus Insania est q̄ ablui pudet: & inquinari non pudet. Secundus digitus est timor. vt patet de Jesi. iij. Re. v. qui timuit confiteri veritatem cum interrogatus fuit ab Helizeo vnde veniret. Ideo statim percussus est lepra. Et sic accidit illis qui timent confiteri. post hoc enim publicatur toti mōdo. Job psal. xij. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Nam qui timet nunc coram sacerdote vno post hoc timebit coram vniuerso mōdo Job. vi. Qui timet p̄uinam cadet super eū nix. Ille digitus habet excludi per timorez iudicij. Psal. cxviij. A iudicijs enim tuis timui. Tercius digit⁹ est malus amor ad peccatum. vt patet de anania & saphira qui amore pecunie noluerunt confiteri veritatē Job statim subitanea morte preuenti sunt Actuum. v. Nam sicut valde horribile est de venenoso homīe qui veretur educere brachium ad flebotomiam vt sanaret in toto corpe. sic de peccatore vt aperiret os ad salutem anime. Prouerbiorum. x. Uena vite est os iusti. & os impiorum operit iniquitatez.

Quartus digitus est hypocrisis seu vana gloria. Dicunt enim. Ille dicit me fore bonum: non valeo sibi confiteri. De q̄bz Osee xij. Colligata est iniquitas effraim. absconditum est peccatū eius. Illi faciunt vt adā qui foliis ficuum operuit se post peccatuz. Sic tales cum apparentia bona volunt occultare peccata. Boeci⁹. Si op⁹ medicātis

expectas: oportet vt vulnus extegas. Qui tus digitus ē negligētia seu ꝓsuetudo mala Prouer. xviij. Impius cū in ꝓfundū pec cati venerit, contēnit scz pniam. Sicut iu das Mat. xxvij. Penitētia ductꝰ retulit tri ginta argenteos: z abiens laqo se suspendit. Hiero. Judas plus despando deū offendit qz tradendo. Sic z cayn Gen. iiij. Maior est iniqtas mea qz vt veniā merear. Sup q Bern. Mentiris cayn. Maior est dei mia qz queuis nostra miseria. Ergo nemo debet despare. Aug. Quid conuerso nō ignoscitur cum effusori sanguis ignoscebat. Bernardꝰ de imagine vite dicit. O anima mea quare te tot bois spoliasti, quare frustra honoribꝫ cor priuasti, quare tot bona neglexisti, quare tot annos: tot dies: tot horas sine fructu vi xisti. O dne deus quot tpa effluxerunt in q bus sine fructu vt aspicio vixi. quo subsistā coram te. Quomō ad te poteram leuare faci em meā in illo magno z terribili examie quā do numerare iusseris omes dies meos: que rens fructū meum. O dne cur nō intromisi vllo tempore te versari in corde meo. te tota mente amplecti. in tua dulcedine delectari omnia interioza mea. vbi tunc eram qñ tecū non eram: cum a te habeat omnis creatura quidquid habet desiderabile laudabile de lectabile. Heu dne nunc intelligo: sed con fiteri erubesco. species z decor creaturaz decepit oculū meum. z non aduerti. qz speciosior omnibꝫ creaturis tu es. quibꝫ tantūmō vnā guttam tue inestimabilis pulcritudinis cō tulisti. Quis enim celū ornauit sideribꝫ. ae rem volucribus. aquas piscibꝫ. terram plan tis: nisi tu clementissime pater. Hec omnia non ꝑpendi: sed tuā dilectiōem multotiens offendi. Sed tamē ꝓpter tuā miserdiam nō diffido. sed iam implozo qz sex misericordias tuas reperi in me. Prima q me a mltis pec catis in seculo retraxisti. Secunda q cōuer sionem meā expectasti. Tercia q contritōez mihi dedisti. Quarta q me penitētem mise ricorditer suscepisti. Quinta q mihi virtu tem pseuerandi ꝓtulisti Sexta q mihi gra tiam ad ꝑmerendā gliam ꝓtulisti. Anshel. in libro Cur deus hō. Quid misericordius intelligi pōt qz q deus pater dicit misero pec catori eternis supplicijs reputato: z vnde se redimat nō habenti. Accipe vnigentū meū et da eum pro te. et filius dicit. presto sum tolle me z redime te. Ambr. Non sunt hois bona que secum ferre non pōt. sola miserdia est comes defunctorum.

Sequitur secunda pars euangelij.

In digito dei

Ejcio demonia: profecto venit in vos regnum dei. Lu. xi. Mat. xij Marci. iij. Ipocras in prenosticis. Cum aues prope terram nidificant pestilentiam futurā quam naturaliter presentiunt z fugiūt: designat. Spūaliter. Sic dum amor cordis ad terrena inclinatur. tūc ira summi iudicis quasi pestilentia futura timeatur. Ne ergo in pestem ire dei incidam, dēmus oculum mentis eleuare. Et hoc officiū misse. Pri mo introitus Oculi mei sp ad dnm ze. In collecta Quesumꝰ oēs deus vota humiliuz respice: atqz ad defensionē nrām dexteraz tue maiestatis extende. Apls in epla ad Eph. v. c. Estote imitatores dei sic filij charissimi. Ambulate in dilectōe sic xpus dilexit nos. Fornicatio z oīs auaricia nō no. i vob. Nā et ibidem. Auaricia est ydolox seruitus. et auarus nō hz hereditatē in regno dei. Ergo in fitate dei debes ejcere demōia vt habeas partem in regno dei. Ista est secunda pōncipalis istius euangelij in qua tangit sa pientia eius inestimabilis cū dicitur. Ipse aūt vt vidit cogitationes eox dixit eis. Qz eox opinio vt dicit Crisō. erat valde irratio nalis: q in belzebub ejceret demonia. Idē Nam pharisei metu multitudis nō aude bant eū diuulgare sz in animo suo vertebāt Dns aūt vt dicit Hiero. non ad dicta sz ad cogitata respōdit. vt sic cōpellerētur credere potentie eius: qui cordiū videt occulta. hoc enim nec aliqua creatura scire pōt. Heb. iiij. Omnia nuda z apta sunt oculis dei: nec est vlla creatura inuisibil' in cōspectu eiꝰ. Cō seqnter quinqz rōnibꝫ manifeste oñdit xps q nō ejcit demonē in virtute demōis: sed in virtute deitatis. Prima rō sumit ex hijs que apparent in cōgregationibꝫ hoim. z est tal'. Omnis ꝓmunitas hominū inter se diuisa durare nō pōt: sine sit ciuilis sine politica vt est regimen ciuitatis: sine fuerit iconomi ca. qualis est regimen dom' z familie. Con stat aūt q dyabolus habet regimē suuz. ergo si diuisio est in regno: vtpote q alter alteruz ejciat. tunc certe regimen stare non poterit. Sed hoc est falsum. Manet enī regnū dya boli: quia maximam partem habet in homi

bus. ergo sequitur ꝙ in virtute demonis nō eijcio demonia. Et hoc ē quod dicitur. Omne regnum. id est omnis politia ⁊ communitas in seipsum. id est contra seipsum. diuisum desolabitur. Et domus. vbi habes communitatē iconomicam. si fuerit supple diuisa contra aliam domū: domus supra domuz cadet. ita vt vtraqꝫ vadet in ruinā. Nam vt salustius dicit. Sicut concordia parue res crescunt. sic discordia maxime dilabuntur. Et addit ad propositum. Si ergo sathanas in seipsum diuisus est: quod contingit si alter eijcit alterum: quomodo stabit regnum eius. certe stabiliri non poterit. Hoc autem totum sequitur: quia dicitis imprudenter ⁊ sine aliqua ratiōe in beelzebub me eijcere demonia. Secunda ratio talis fuit. Non sum ego minor q̄ꝫ apostoli mei quibus ego dedi virtutem eijciendi demones. sed vos creditis ꝙ diuīa operentur virtute. Nunquā enim imposuistis eis ꝙ eijcerent in beelzebub. Ergo in virtute dei ego eijcio demonia Hoc est ergo quod dic̄ interrogatiue ratiocinando. Si autem ego in beelzebub eijcio demonia vt dicitis. Filij vestri. id est apostoli mei nati ex vobis. in quo eijciunt. Quod si dixeritis in beelzebub. quare ergo non calumniamini opus eorum. Si vero dixeritis in virtute dei eijciunt. Ideo per hanc ipsam virtutem quā habent ipsi diuinitus iudices vestri erunt. Quia sicut ꝑ illam virtutem eijciunt demōes: ita ꝑ eandē vos demoniacos iudicabunt in condēnationē. Promisit enim xp̄s apostolis. Sedebitis super sedes duodecim iudicātes, duodecī tribus israel. Si enim habent virtutes sup̄ angelicos spūs: multo magis super homines. i. ad Corinth. vi. Nescitis inq̄t apl'is qm̄ angelos iudicabim⁹. q̄ꝫto magꝫ secularia. Uel vt dicunt Beda ⁊ hiero. Filios eoꝝ appellat exorcistas eiusdē tp̄is. Nam salomon vt dic̄ Josephus ꝓpter suā sapiam adinuenit q̄dā carmina pauca ꝟba ꝯtinentia. ⁊ quosdā caracteres q̄s faciebat sculpi in gēmis. ⁊ si radix cuiusdā herbe supponebat̄ ipsi gēme valebat ad expulsionē demōis. Un̄ exorciste q̄ hēbant officiū curandi demoniacos. p̄dictā gemmā caracteribꝫ sculptā radici dicte herbe suppositam ponebāt ī ore arepticij. ⁊ paucis illis verbis salomonis adiurabāt demonem: vt exiens subuerteret peluim aqua plenam in medio positam in signuz sue eiectionis. et sic fiebat. Et h̄ dicit Joseph⁹ ꝓprijs oculis se vidisse coram Thyto et Uespasiano cum captiuarēt hierusalem. Si igit̄ iudei credebant ꝙ exorciste eijcerent demonez in virtute dei. hoc idez debuissent credere de christo. Et ideo exorciste iudices erunt iudeorum. quia ex ipis exorcistis sumitur causa quare iudicandi et condēnandi sunt iudei. Tercia ratio talis est. Regnum dei debet destruere regnū diaboli. sed regnuz dei est intra vos. Igitur iudicio isto tūc alienationes omnes ꝑtinēt ad regnum diaboli. quia vos soli vt putat̄ estis regnū dei. Ergo si inter vos operor eiectionē demonis. hoc nō est nisi in virtute dei cui⁹ est regnū. Et hoc ē qd̄ dicit. Porro si in digito dei. hoc est in spiritu dei. vt habetur in Math. capl'o. xij. Spiritus eius diuinus in operandis miraculis digitus appellatur. Un̄ magi pharaonis de miraculis moysi ⁊ aaron qui deficiebant virtute: dixerunt. Digitus dei est hic. eijcio demonia. ꝓfecto ꝑuenit in vos regnuz dei. Et vt habeatur forma rationis. ponatur consequens pro antecedente. hoc modo. Porro si peruenerit in vos regnum dei profecto in digito d̄i eijcio demonia. Et est mod⁹ coloratus argumētandi in rethoricis. quando cōsequens est notabilius antecedēte stante reputatione omniū. Quarta ratio ē magꝫ manifesta s̄m Math. et est talis. Null⁹ potest violenter tollere aliena nisi possessorem vincat. et superet propria virtute. sed cōstat ꝙ ego violenter tollam a demone ea que possidet. eijcio enim eū a possessionibus suis. ⁊ in vsum meū capio. Ergo oportet ꝙ prius vincam ⁊ superem eū propria virtute. Unde dicit Cum fortis armatus custodit atrium suum. Fortis est dyabolus in naturalibus Daniel'. vij. Ecce bestia terribilis atqꝫ mirabilis ⁊ fortis nimis. dentes ferreos habebat magnos comedens atqꝫ cōminuens et reliqua pedibus conculcās. Est ⁊ armatus cuius arma sunt omnia ista mūdana. Nam pulcritudo est sagitta que vulnerat cor per concupiscentiā. Diuitie sunt que occidunt. et sic quecūqꝫ alia tempalia Sed licet armatus sit dyabolus ad offensionē. caret tamen armis defensionis. Et id̄o armati contra eum incedam⁹. scd̄a ad Corinth. x. Arma nostre militie nō carnalia sunt sed spūalia ad destructōem munitionū. Custodit atrium suū. Nomīe atrij mūdum oportet intelligi. Atriū dyaboli md̄s est iste. qd̄ dyabol⁹ custodiebat. sicut tyrann⁹ custodit

ciuitatem ne sibi tollatur. In pace sunt omnia que possidet. qꝛ nemo sibi resistit. Sed ista est mala pax. Malum enī est pacez facere cum serpente. peior eius conuersatio: qꝛ periculosa est. Melior enim est tuta guerra q̄ꝫ pax dubia. Tollitur enim qui dominabatur diabolus: sed attendamus eiectionez ipsius Si aūt fortior: iste fortior illo est xp̄s p̄mi Regum. ij. Non est fortis sicut deꝰ noster. superueniens. desuper venit christus cū descendit de celis in mundum. Johānis. iij. Qui de celo venit super omnes est: vicerit eum. Apocalipsis. v. Ecce vicit leo de tribu iuda. vniuersa eius arma aufert in quibus confidebat. Abstulit christus dyabolo arma: et reliquit euz inermem. Abstulit luxuriam prebendo castitatē. abstulit auariciam per largitatem: superbiam per humilitatez et sic de reliquis. Sed tamē adhuc fatui homines ponunt gladium in manu dyaboli: et puniuntur ab eo. Et spolia eius distribuet. Spolia demonis erant anime quas rapuerat. sed christus abstulit sibi illa spolia et distribuit in regno militātis et triūphantis ecclesie in diuersis dignitatibus et premijs. Quosdam quidē apostolos ꝛ euangelistas. quosdaz vero martires. quosdā doctores. alios vero continentes: et sic de diuersis modis. psal. lxvij. Ascendit deus in altum: captiuam duxit captiuitatē: dedit dona hominibꝫ. Quinta rō talis est. Ego nō operor virtute illius q̄ mihi ꝯrius est volūtate et actu. sed diabolꝰ hijs modis mihi est ꝯrīꝰ ergo nec auxilio: nec v̄tute ipsiꝰ eijcio demonia. minorē p̄bat in littera quantū ad vtrāq̄ eius partem. Et primo ostendit ꝙ diabolus dissentiat christo in voluntate. Qui nō est mecū: vt quod ego volo ipse velit: cōtra me est. Sine dubio hoc veritatem habet: quia omnis creatura tenet se conformare diuine voluntati Et ideo ipsuz non velle esse contrarium est ipsi velle Probat etiā ꝑtem aliam Et qui non colligit mecuz: dispergit Uere christus dispersas oues colligere vl̄t sed dyabolus etiā collectas dispergit Joh. x. Lupus capit ꝛ dispgit oues. Tercio post q̄ꝫ christus reprobauit falsam calūniā. Naz s̄m ꝙ dicit Cyrillus: vt perfecte disputatōez terminet: ostendit vnde mouebantur iudei ꝙ hec sentirent de christo. scilicz ꝙ eijceret demones in virtute beelzebub Et causa est: q̄a peiores erant q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuerunt tempore p̄terito. et maiori demonum multitudine possidebantur q̄ꝫ etiā ante legem. Unde demōes eos incitabant vt inuidiose talia loquerent Et hoc est quod dicit Cum īmūdus spūs Dyabolus dicit spiritus per naturaz: sed dr̄ immūdus: quia īmundas cogitatiōes nob̄ suggerit: sicut porcus qui volutatur ī fimo. Exierit ab homine: sub nomīe homīs totuz intelligit iudaicum populum. Nam vt dicit Cyrillus. Cum hītarent in egypto spūs immundꝰ erat in eis. qui postea ab eis recessit qn̄ mactauerūt agnū xp̄m in figura: ꝛ liniti sunt eius sanguīe. ꝛ qn̄ in monte legē acceperunt. ambulat ꝑ loca arida et inaquosa. id ē corda gentiliū ꝛ paganoꝝ q̄ nullo erant gratie imbre irrigata. Talia corda p̄ābulauit dyabolus ritum idolatrie ꝛ criminū maculas immittendo. querens requiē cum nō potuit requiescere in iudeis. ideo querebat requiem in gentilibꝫ Deinde reditū demonis ostendit. Et non inueniēs dicit Reuertar in domū meam. Nam s̄m Rabanum putabat se diabolus ꝑpetuam requiem habere in gentibus: sed apparente dei filio in carne gētiles fidem susceperūt. Ideo in eis quiescere non potuit. Un̄ dixit. reuertar in domuz meam vnde exiui. id est in iudeos ꝑ infidelitatem. Habeo eniz iudaicam domū vnde exiui tempe moysi: ad illos volo reuerti tempore christi. Et cū venerit inuenit eā scopis mundatā ꝛ ornatā. Uacabat enī iudaicꝰ populus ab obſuantia legꝫ ꝛ opibus virtutuz per negligentiā: qꝛ veniente xp̄o cessauit omnis ritus legis eoꝝ. circūcisio sacrificia ꝛ cerimonialia. nec voluerunt se exercitare in lege christi. Erat mundatus populus ille scopis. Scopa enī non tollit tenaces sordes sz superficiales. Ita iudei mūdabant sola exteriora ꝛ intus erant sordidi. Math. xxiij. Ue vobis scribe ꝛ pharisei. ve vobis hypocrite qui mūdatis quod deforis est calicis ꝛ parapsidis. Intus aūt pleni estis rapina et immundicia. Erat nihilominus iudaicus populus ornatus quibusdā exterioribꝫ obseruantijs diuine legis. Sequitur Et tūc vadit et assumit septem alios spiritus. id est vniuersitatem viciorum. Sicut virtus spiritussancti distinguitur in septem spiritualia dona. Isaie. xi. vbi dicitur. Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus ꝛc. Ita virtus dyaboli est in septez spiritualibus vicijs principalibus. Sequitur Nequiores se. vere vicium nequius dyabolo: quia dyabolus saltem naturaliter bonus

est: sed ipsa vicia naturaliʒ sunt pessima. Et ingressi hirant ibi. incolūt ꝛmones, vt dicit Crisost. Peiores ꝓ oribus iudaicam gentez Nam antiq̄tus seuiebāt ꝫ ꝓphetas. postea vero dñm ꝓphetaꝝ occidebant. et nūc etiaz in sinagogis suis xp̄m dñm blasphemant. Et fiunt nouissima. id est posteriora opera hois illius peiora prioribꝫ. Q, vero ñ toti hoc de iudeis intelligendū est ꝓtz ꝑm Matheū. Ubi seq̄tur. Sic erit generationi huic pessime. i. mala fuit generatio in ꝛsecto: qñ contra dñm murmurauerūt. peior quando in terra ꝓmissionis filios. s. z filias ꝛmonijs immolauerūt. pessima post aduentū christi cum christū crucifixerunt. Non dubiuz est quin mlti fuerūt tempe xp̄i peiores. z etiam tempe pñti q̄ vnq̄ fuerunt. Et io ꝑm Crisostomū. Peiora sustinuerūt a Uespasiano q̄ vnq̄ passi fuerunt in egipto vel babilonia. Di tercio tangitur ipsi⁹ laus venerabilis: eū dicit. Extollens vocē q̄daz mulier. i. in altū eleuās vocem. Accēsa fuit hec mulier suauitate verboꝝ christi. vnde a laude xp̄i se cōtinere non potuit. Jn q̄ in ea mētis ꝓfidentia notat: qz vt dicit Beda. Scribis z pharisęis tēptantibꝫ dñm simlr z blasphemantibꝫ: beatitudinē incarnatiōis christi hec mulier cum mag̃ fiducia cōfitet. Quare dicit. Quedam muler de turba. Semp enī mulieb̄ris sexus vid̄z esse deuotior. Hec mulier videt fuisse marcella ancilla marthe q̄ non potuit ampli⁹ blasphemias iudeoꝝ ꝫ xp̄m sustinere beatificauit mrē xp̄i ex filio. qz btitudo plis redūdat in mrem. Btūs venter q̄ te portauit Reuera btūs venter est ille sterilitatis ꝙ opprobrio carens z sine cruciatu paries. fecunditatem z integritatē ꝙginitatis hñs. Ipsa enī sicut dicit Bern̄. fuit sine corruptōe fecunda sine grauamie gr̄uida. sine dolore puerpera. Uenter ille fuit apotheca spūssancti Matthei. i. Jnuēta est hñs in vtero de spūsancto Uenter ille fuit dom⁹ aromatū. Habuit vēter ille p̄ciū redēptōis nostre. pignus celestis hereditatis. Uenter ille hūit fontē diuie misericordie cuius fontis signū erat fons olei q̄ in natiuitate christi erupit z tyberim fluxit Uenter ille fuit tabernacl'm i q̄ reḡuit. quē nec celi nec terra capere poterant. Ecc. xxiij. Qui creauit me reḡuit in tabernacl'o meo. Uenter ille hūit thesaurz celestis regis. scz absconditū in agro Mat. xiij. Sil'e est re. ce. thesauro abscōdito in agro. Thesaur⁹ iste ē filius dei in carne assumpta abscōdit⁹. Isa. xlv. Uere tu es de⁹ absconditus. Thesaurū celestem posuit deus in terra vt hr̄ēnt homines accessum ad eū. et ipleuit illō Deut. xxviij. Aperiet tibi dñs thesaurz suū optimū celuz Nūe. xx. Aperi eis thesaurz tuu fontē aq̄ vite. Et impletū fuit illud puer. xxi. Thesaurus desiderabil' z oleū in habitaculis iusti. z imprudēs hō dissipabit illud. Just⁹ antho nomatice dr̄ christus. Isa. xlv. Rubes pluāt iustum. Habitac'm ei⁹ fuit beata ꝙgo i qua fuit celestis thesaurus z oleū pietatis. Maria enīz facta est dei thesauraria z elemosinaria. Commissus est ei thesaur⁹: nō vt auaro absconderet: sed vt in paupes expenderet. Nā eius venter fuit illa beata terra ex cuius vno grano hūani generis ꝛbitū soluitur. celestia horrea replentur. et cetus electoꝝ in eternū pascetur. De h̄ grano dicitur Joh̄is. xij. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. si aūt mortuum fuerit multū fructum aufert. Et David psal. lxxxviij. Benedixisti dñe terrā tuā Sequitur. Et vbera que suxisti. Naz sicut beata virgo regi celoꝝ vestem de panno prie carnis prouidit. sic z victuz de lacte suo ei ministrauit. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei z custodiunt illud Crisostomus. Non fuit hoc rēsponsum repudiantis matrem sed ostendit ꝙ nihil eius partus profuisz nisi valde bona z fidelis fuisset. Unde illud Quinimo potest esse vna pars. et tunc idem est quod insup. Et tunc erit sensus. Non solum beata est que verbuz dei habuit in ventre: sed etiā omnis ille beatus est qui habuit verbum dei in mente. Augustin⁹ dicit in libro de virginitate. Beatior fuit Maria in concipiendo fidem christi q̄ concipiendo carnez xp̄i. Materna propinquitas mihil Marie profuisz. nisi felicius christum mente q̄ carne gestasset. Multi sancti sunt in celo quoꝝ matres sunt i inferno. Jdeo dicit dñs Math. xij. Quicūq̄ fecerit voluntatē p̄tis mei ipse me⁹ frater sororet mater est. Jō dicit. Beati qui audiūt verbum dei. Prouerb. viij. Beatus homo qui audit me. Pro quo sciendum mlte sunt vtilitates ab auditu verbi dei procedentes. Prima: auditus verbi dei arīdū cor irrigat Deut. xxxij. Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei. concrescat vt pluuia doctrina mea. Et bene vt pluuia: quia vbi non pluit in terram ibi estus solis comburit segetes. et modicus ventus pulueres spar/

git ꝛ areſcit. Sꝫ pluuia. i. verbū dei irrigat terram. i. cor terrenū incitat ad deuotionem et fructificare facit Iſaie. lv. Quō deſcendit imber ꝛ nix ꝺ̄ celo. ꝛ illuc vltra nō reuertit ſꝫ inebriat terrā ꝛc. ſic erit verbū quod egredietur de ore meo. non reuertet ad me vacuū. ſꝫ faciet q̄cunq; volui ꝛ pſperabitur in hijs ad que miſi illud. Et iō verbū dei ꝺr̄ fons Joel' iij. Fons de domo dñi egredietur ꝛ irrigabit torrentem ſpinaꝝ. Secunda: verbum dei cor frigidū inflammat. qꝛ eſt ignis ſpiritual' Iere. xxiij. Nunquid nō verba mea ſunt quaſi ignis ardens dic̄ dñs. Reuera ignis. Nam q̄ eſt frigidus in amore dei ad hūc deberet accedere. Pſal. cxviij. Ignitū eloquiū tuū vehe. Nam ſic ignis generat colorē rubrum in hoie. ſic verbū dei dilectionē. Pſal. lxxij. Inflammatū ē cor meū ꝛ renes mei cō mutati ſunt. id eſt cogitatōnes. Ignis puocat ſitim. et ſic verbum dei incitat deſiderium poſt fontem eternū Lu. vlt. Nōne cor noſtꝝ ardens erat in nobis dum loq̄retur in via ꝛ aperiret nobis ſcripturas. Tercia: cor pauidum cōfortat Mat. vij. Omnis q̄ audit verba mea ꝛ facit ea aſſimilabit̄ viro ſapienti qui edificauit domuz ſuam ſupra petram firmā. et venunt flumina ꝛ flauerunt venti: id eſt temptationes. ꝛ nō cecidit. Si times temptationē carnis: audi verbum dei Col'. iij. Mortificate mēbra veſtra que ſunt ſup terraꝝ fornicationē. immūdiciā. libidinē ꝛc: Si ſentis temptatōem mūdi: audi verbuz dei. i. Joh. ij. Nolite diligere mundū ꝛc. Et Joh. xvi. In mundo preſſurā habebitis: ſꝫ confidite ego vici mōz: Si ſentis temptatōnem diaboli: audi verbum dei. Jac. iiij. Reſiſtite dyabolo ꝛ fugiet a vobis. Quarta vtilitas verbi dei eſt q̄ meſtū cor letificat. Hieremie. xv. Factum eſt mihi verbum domini in gaudiū et leticiā cordis mei. Si turbaꝝ pre multitudie pctōz: audi v̄bū dei ꝺ̄ ſolatorium. Ezech. xviij. Cum auerterit ſe impi⁹ ab impietate ſua quā operatus ē ꝛ fecerit iudiciū et iuſticiā ipſe aiam ſuā viuificabit. Hoc attendēs pſal. cxviij. ait. Quaz dulcia faucibꝫ meis eloquia tua dñe. O q̄ ꝺ̄ ſolatoriū verbū dei Joh. xv. Si mānſerit in me ꝛ v̄ba mea in vob mānſerint. qd̄cunq; volueritis petetis et fiet vobis. Quinta vtilitas verbi dei eſt q̄ eum noſuz beatificat. Alpoc. i. Btūs q̄ legit et ſuat verba ꝓphetie huⁱ⁹ Quia nō tm̄ verbum dei legendo vel audiendo confert beatitudinē ſꝫ faciendo: Jaco. i. Eſtote factores verbi dei ꝛ nō auditores tantū. Rōnem ponit ap'lus ad Ro. ij. Non auditores legis iuſti ſunt apud deū: ſed factores legis iuſtificabuntur. Et ſic tūc erūnoſus. i. pctōz erūnis plenus. Eccs. ij. Cuncti dies eius doloribus ꝛ erūnis pleni ſunt: beatificat. Joh. viij. Si quis ſuauerit ſermonē meū n̄ guſt. mortē in eternū.

De eodem

Sermo XXXIX De ep'la.

Bstote imitatores dei ſicut filij charissimi. ſcribitur ad Eph̄. v. et legit̄ in pñti dominica pro epiſtolari officio. Neceſſariū eſt vez exemplar ei qui vult falſum libzum corrigere: ꝛ nccarta eſt regl'a et linea et q̄ vult torta dirigere. Seneca. Niſi ad regulā prava nō corrigis. Spūal'r. ſic q̄ vult corrigere libz cōſcientie ꝛ prauā vitā ſuam. debet hoc facere ſm exemplar doctrine ꝛ vite xp̄i. Figuratum Exo. xxv. vbi dñs dixit moyſi. Inſpice ꝛ fac ſm exemplar qd̄ tibi monſtratū eſt in monte. Spūaliter. ſic hodie ꝺr̄ moiſi qui intendit̄ ſumptus ex aquis. id eſt cuilibet fideli qui ſumpt⁹ eſt ex aquis baptiſmi vt faciat ſm exemplar quod monſtratū eſt in monte. id ē in chriſto. Nam xp̄s eſt veriſſimum exemplar ꝛ eius vita linea. quaz ſi quis ſtudioſe inſpiceret debito modo imitaret et amularet. Bzegorius. Omnis chriſti actō noſtra eſt inſtructio. Et Aug. Summa religionis eſt imitari quez colis. Et hoc vocz apoſtolus dicens. Eſtote imitatores dei ſicut filij charissimi. In ſumma epiſtole duo innuūtur. Primo hortatur nos apoſtolus vt induam⁹ conuerſationē chriſti ipm imitando. ubi. Eſtote imitatores. Scō vt fugiamus malam ſuggeſtionez ipam deteſtando. ubi Fornicatio autem. De primo dic̄. Fratres eſtote imitatores dei Nota quadruplici ratione debemus eum imitari. Primo quia nullum iuſtius imitamur. quia ipſe ē p̄ noſter ad cuius ſimilitudiez ſumus creati Geneſ. i. Faciamus hominē ad imaginē et ſimilitudinē noſtram. Secūdo quia nullum imitatur homo turius: cum ipſe errare non poſſit. Johānis. viij. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Tercio quia nullum imitatur fructuoſius. iuuat enī imitantem ſe Pſal. lxij. Adheſit anima mea poſt te me ſuſcepit dextera tua. Nullum etiam imitatur fructuoſius propter mercedē quam

dat eis q̄ imitant eum. Socios enim suos vult secum esse in hospitio: Jux illud Joh. xij. Si quis mihi ministrat me sequatur. t vbi ego sum illic et minister meus erit. Quarto quia homo nullum imitatur gloriosius. Nihil enī erubescabile debet esse nobis quod exemplo eius faciamus. Hoc nō attendunt illi qui dedecus sibi esse credunt si se non vindicarent cito quādo aliquod conuicium est eis dictum vel aliqua iniuria facta. cum tamen videant deū tot conuicia pati: et tamē differt vindictā. Ecci. xxiij. Magna gloria est sequi dominū. longitudo enī dierum assumetur ab eo. Ideo dicit. Estote imitatores dei Nō tamē in omnibus cōpetit nobis imitari deum. Nam sm Augustinū: mali etiaz vellent dominū imitari. vt superbi in altitudine. iracundi in vindicta. accidiosi in requie cupidi in delicijs. luxuriosi in delectatōibus. curiosi in scientia. Videamus ergo in quibus et qualiter debeamus eum imitari. ne nobis contingat sicut lucifero dicenti. Similis ero altissimo. Isa. xiiij. cui dictū est. Verūtamē ad infernū detraheris in profundum laci.

Notandum ergo primo debemus eum imitari in lumine sapientie. quia dicit Crisost. Filij carnales frequenter sunt similes patribus in facie loquela vel visu. Et sic filij spirituales debent assimilari patri celesti in sanctitate t morum cōuersatione. Primo in lumine sapientie. Nam ipse sapientiaz amat: et eos qui sapientiā diligūt. Sap. vij. Neminem diligit deus nisi eū qui cū sapientia inhabitat. Et ecclesiastici. iij. Eos q̄ diligūt sapientiam diligit deus. Deus est lux t nō sunt tenebre in eo vlle. vt legit Johis primo: Ideo t lucem sapientie in omnibus amat. Et in mundum istum venit vt homines luce sapientie illuminaret. Juxta illud Luc. i. Visitauit nos oriens ex alto Illūinare hijs qui in tenebris t in vmbra mortis sedent. Ue illis qui potius volunt esse noctue similes q̄z deo. Noctue similis est qui lucez sapientie odit t tenebras ignorantie amat. imo dyabolo similis est. De quo dicitur Joh. iij Qui male agit odit lucem. Talis merito in tenebris inferni erit quas hic peligit lumini prima Joh. i. Si dixerimus quoniā societatem habemus cum eo t in tenebris ambulamus t veritatem non facimus mentimur.

Secundo debemus deū imitari in sanctitate. Unde deus Leuiti. xix. Sancti estote quoniā ego sanctus sum. Sanctitas vero illa sequitur lucē sapientie. Uide quāta immundicia petm sit. sanctificet se hō et mundet ab eo. Un Job. xxviij. Recedere a malo est intelligentia. i. effectus intelligentie. Precipue aūt ab immundicia peccati se sanctificant q̄ dignitatē ad quā filij dei electi sunt agnoscunt. Un. i. Joh. iij. Postq̄z dixit q̄ filij dei sumus. Subdit. Omnis qui habet hanc spem in eo sanctificat se sicut ille sanctus est. Sanctitatē dei ondit nobis h̄ q̄ in tantū odio habet malicia q̄ mori voluit vt malicia destrueret. Juxta illud Aug. Luz innocens occidit petm crucifigit. Tercio debemus eū imitari in dilectōe. i. Joh. iij. In h̄ apparuit charitas dei in nobis qm filium suū vnigenitū misit deus in mundū vt viuam⁹ per eum. Item. i. Joh. iij. In h̄ cognouimus charitatem dei: qm ille animā suam p nobis posuit t nos debem⁹ p fratribus animā ponere Item Deus nos tm dilexit vt filium suum daret nē. Luca dilectōem dei nota q̄ ipse prior dilexit nos. h̄ est ꝫ quotidiā qui nolūt primos suos diligere misi prius ab eis amentur. i. Johis. iij. In hoc charitas dei est nō quasi nos dilexerim⁹ eum sed qm ipse prior dilexit nos. Quarto eū imitari debemus in largitate. que in h̄ appareti q̄z largitē bñficia sua amicis t inimicis. iustis t iniustis. Juxta illud Math. v. Qui solem suum facit oriri super bonos t malos. Quinto in misericordia. Bern. Maxime deū imitabitur qui nō iudicauerit: qm miti pciosi⁹. Luc. vi. Estote misericordes sicut t pr̄ vester misericors est. Sexto in pacis amore. deus chi pacez amat. Unde Math. v Beati pacifici quoniam filij dei vocabūtur Sed quia deus est in summa pace. q̄z ipse est pax que exuperat omnē sensum. Primo debes pacificare teipsum tibi p penitentie disciplinā. sic ait psal. lxxxiij. Misericordia t veritas obuiauerūt sibi. q̄z veritati pfessiois occurrit misericordia remissionis. Justicia et pax osculate sunt. q̄a iusticie satisfactionis sociatur pax peccatoris Deinde debes pacificare teipm p̄mo. sicut apostol⁹ ait Roz. xij. Si fieri potest quod ex vobis est cum oibus hominibus pacem habetes. q. d. Et si alioz malicia impediat: pacem habete cuz eis q̄tū in vobis est. Tandem pacificando inter se discordantes. Isa. lij. q̄z pulcri sunt sup montes pedes annunciātis et predicātis pacem. Nā et filius dei venit de sinu patris propter discordātes pacificandos. Bernardus. Quibus laudibus

dignum quanto amplectendum affectu fratrem summū qui sine q̄rela cōuersans inter fratres: tota solicitudine cauet ne q̄d in eo sit quod ab eis cauere oporteat: et quidq̄d est in alijs onerosum patientissime portat: q̄ singulorꝫ scandala sua reputat Septimo debemus imitari eum in patiētia. Ipse enī patientissim⁹ ē. Ultimū enim qd̄ ipe faciet erit vindicta de inimicꝫ suis. h̄ erit in die iudicij qñ dicet. Discedite a me Math. xxv. Et ex hoc ꝙ patientissim⁹ est: sapiētissim⁹ ē. Item agnosci pōt ꝙ q̄ nō est patiens nō est pfecte sapiens. Prouerb. xiiij. Qui patiēs ē mlta gubernat sapientia. qui aūt impatiēs ē exaltat stulticiā suam. Et in eodem. Impatiēs operabitur stulticiam. Ultimo debemus eum imitari per pseuerantiā seu bonitatꝫ immutabilitatē. Ipse enī dicit p pphām Malachie. iij. Ego deus ⁊ nō mutor. Math. x. Qui pseue. vsqꝫ in fi. h̄ salu⁹ erit. Ecci. xxvij. Homo sensat⁹ in sapia sua manꝫ vt sol. Nā stultus vt luna mutat. Nota ꝙ sunt q̄dā qui deum solū supficialiter imitant vt ypocrite. tales hn̄t imaginē dei depictam in se. q̄ imago faciliter vt pictura deleri solet. Qui ꝟo deū imitāt nō solū exterius sꝫ interi⁹ imaginem dei hn̄t in se quasi sculptā que nō defacili delebitur. Qui ꝟo deū volunt imitari interius: diabolū exteri⁹. quasi laruā dyabolicam supponere volunt imagini dei. in hoc deo cōtumeliā inferentes: qꝛ potius volunt diabolo assimilari q̄ꝫ deo. Tūc sb̄dit. Sicut filij dei. Notandū ꝙ iste articul⁹ ꝙ. s. vere fideles filij dei sunt est vn⁹ de pulcrioribꝫ articulis fidei nostre. ⁊ esset valde vtile homī ad regendā vitam suā Si in deū hō veram fidem h̄ret p totā vitā occasione hui⁹ eū imitaretur. Aliter viuit paupis filius: ⁊ aliter filius diuitis. In animalibꝫ etiā est h̄ veruꝫ Aliter enī viuit agnus: aliter lupi catulus. In arboribus etiam videm⁹ ꝙ sm̄ spēm arboris est species fructus. Et licꝫ de hac paternitate ⁊ filiatiōe nō possit haberi ꝯgnitio rei nisi p fidem. sicut nec de pntibus carnalibꝫ iuxta Aug. potest tamē ⁊ autoritatibꝫ ⁊ rationibꝫ psuaderi. i. Joh. iij. Uidete qualem charitatē dedit nobis deus vt filij dei nomīemur ⁊ simus. Et math. xxiij. Patrez nolite vobis vocare sup terram. vnus est pr̄ noster qui in celis est. Qd̄ quadruplici rōne ostenditur. Primo p sil'itudinē quā habet homo ad deum. De qua hēs Gen. i. Creauit deus hominē ad imaginē ⁊ sil'itudinē suam. Sic enim ppendit de aliquo ꝙ sit filius eius qñ scꝫ est ei valde similis. Secundo p h̄ ꝙ naturalem filiū p homie morti exposuit. Unde August. Filij dei sumus. vnde hoc pbamus. Et rn̄det. Mortuus ē vnic⁹ ne remaneret vnicus. Tercio p hoc ꝙ in mensa altaris pane filiorꝫ nos pascit. scꝫ cibo eodē quo angeli pascūtur: licꝫ aliter. Quarto p hoc ꝙ angelos homibꝫ ad custodiā deputauit. In psalm̄. xc. Angelis suis de⁹ man. de te vt custodiant te. Et math. xviij. Uidete ne ꝯtemnatis vnū de hijs pusillis. qꝛ āgeli eorꝫ sp vident faciē patris mei q̄ in cel'est. Item notandū ꝙ triplici rōne habet aliq̄s filiū suum charum. Primo qꝛ vnicus. secundo qꝛ infirmus. tercio qꝛ vltimo genitus. sic Jacob dilexit ioseph sup om̄es filios suos: eo ꝙ in senectute genuisset eū. vt legit Gene. xxxviij. Propter easdē causas est hō bonus deo charus. Primo qꝛ pauci sunt boni: Mat. xxij. Multi sūt vocati: pauci ꝟo electi. Eccs. i. Stultorꝫ infinitus est nūer⁹. Scd̄o qꝛ hō etiam infirm⁹ est rōne carnis quā hꝫ Mat. xxvi. Caro aūt infir. Tercio qꝛ homo etiam factus fuit vltimo inter ceteras creaturas. sexto scꝫ die. Itez ppl's xp̄ian⁹ in fine temporꝫ factus est. Special'r ꝟo homo pōt dici charissimus dei fili⁹. qꝛ ab eo charissime empt⁹. Et sicuti homo charissimus deo: sic et deus charissimus debet esse homini. Unde ingratissimi peccatores sunt qui pro momentanea voluntate vel pro parua pecunia deuꝫ vendunt: etiā vilius q̄ꝫ iudas. Judas enim vendidit eū triginta denarijs. ipi ꝟo quādoqꝫ denario vno deū amittunt. Ecci. x. Auaro nihil scelestius. Preterea cuꝫ hō deo sit charissimus nō debet sibiipsi vilis esse. August. Appende te ex precio ne tibi vilescas. Sꝫ p multis verꝫ est h̄ verbū Senece: ꝙ nihil est cuiqꝫ se vilius. Sotulares suos non vendere multi adeo vili foro sicut seipos vēdūt nec immundiciā ita diu dimitterent in sotularibus suis sic in seipsis Item notandū ex tribus de causis amittit aliq̄s p̄rem suuꝫ celestem. Primo qꝛ eum negat. et iō merito negatur ab eo Math. x. Qui me negauerit coram hoibus: negabo et ego eum corā p̄re meo q̄ in cel'est. Cum vix aliq̄s homo negat p̄rem suum licꝫ paupem quantā cōtumeliā facit patri celesti hō qui cuꝫ negat. Non est ignobil' pater iste ꝙ aliq̄s debeat eū erubescere. Mira infamia taliū qui nō erubescūt cōfiteri ad min⁹ facto diabolum p̄rem. ⁊ deum

erubescunt coꝝ hoīb male agendo. Sz bene sunt similes illi qui erubesceret recte incedere ⁊ nō claudicare. Secundo hunc patrem amittit q̄ coram eo indigna agit: vt fatue mlieres q̄ timore pauperatis seꝑstituūt cum nī talē pr̄m hēant q̄ phibet eis ne etiā solicite sint p necessarijs. Math. vi. Nolite soliciti eē dicentes q̄d mādducabim⁹ ⁊ q̄d bibemus. Propter eandez cām amittunt pr̄ez istum vsurariꝰ ⁊ illi q̄ fures sūt timore paupertatis. Mira insania talū qui pr̄m amātissimū ⁊ potentissimū derelinquut: ⁊ ad hostem crudelissimuz cōfugiūt quasi ille potiꝰ velit vel possit subuenire eis q̄z pater eoꝝz. Tercio patrem istū amittūt q̄ eius correctōnem rēnuunt. ⁊ merito. si enī pater carnalis habet correctōem sup filium suū: cui paruā hereditatem dereliq̄t ne eam dissipet. quāto magis pī celestis debet coꝛripe eum cui tantam reseruat hereditatē. Aug⁹. Quid mirū si flagellat custodies puulos dñs: q̄s grandes querit heredes. Item qui est filius cui nō debetur disciplina patris. Idem si prōmissa cognouisti nō timeas flagellari sz exhereditari. Sequit Et ābulate in dilectōe Hic oñdit in quo special⁹ pr̄ez celestē dēm⁹ imitari: qz in dilectōe. Dec enī sola est q̄ distinguit inter filios regni ⁊ filios pditionis Sicut dicit Aug⁹. sup illud. i. Joh. iij. In hoc mānifesti sunt filij dei ⁊ filij diaboli. Dis qui nō est iust⁹ nō est ex dō: ⁊ qui nō diligit frem suum. Per hanc viam xps ambulauit hec est via excellentissima. i. Loꝝ. xij. Adhuc excellentiorē viam vobis demonstrabo. q̄d de caritate intelligitur Dac via ambulare ī qua ābulare est ꝓficere Seq̄tur Sic ⁊ xps dilexit nos ⁊ tradidit seip̄z p nobis: vite nostre penā soluēs quā nos soluere debebam⁹ Uel p nobis sicut pcū traditur pro re que emitur. Seq̄tur Oblationem ⁊ hostiā deo in odorem suauitatis. Nota q̄ tripl⁹ redit aliquid suauē odorem. Uel in igne posītum vt thus. vel attritum vt aromatice species. vel effusum vt vngentū. Dis tribꝰ modis reddidit xps in cruce suauem odorem. Ibi enī attritus ē ꝓpter scelera nostra. Isa. liij. Ibi etiam fuit accensus quasi in camino dilectionis. fuit etiā ibi alabastꝛ sui pretiosissimi corꝑis fractū ⁊ effusum vngentuz sanguis eius. ⁊ dom⁹ impleta est ex odore vngenti ⁊ suauitatē illius odoris senserunt celi et inferi. O doꝛ iste diabolū de mūdo isto fugauit Joh. xij. Princeps huius mūdi eiciatur foras. Sicut odoꝛ vineaꝝ q̄ dū florent bufones expellunt. sic odoꝛ ille de mōdo isto diabolū expulit quo ad magnā pr̄ez ptātis eius. O doꝛ ꝛo suauitatis fuit in xpo deo ad satisfaciendū p nobis. nobis ad exemplum demonibꝰ ad exterminatōem. Danc suauitatē significabat suauitas odoris sacrificiorum carnaliū. de quo loquit scriptura in diuersis locis Ben. viij. O doꝛat⁹ ē deus odorem suauitatis. ⁊ ait ad noe. Nequaq̄z maledicam terre ꝓpter hominē. Sūt tñ aliqui q̄ hunc odoꝛē christi nō sentiūt: q̄ sine dubio aut mortui sunt aut fetidi. Ben. Qui odorem tuū christe nō sentit aut mortuꝰ ē aut fetidus. In dilectiōis huiꝰ effectū monemur vt imitemur xp̄m. vt sez offeram⁹ nos et oblationem ⁊ hostiā in odoꝛē suauitatis. Sile ad Ro. xij. Obsecto vos p miseꝛiam dei vt exhibeatis coꝛpa vīa hostiā viuentē Sz hoc die ꝓ magna pte ipletū est illud Joel. i. Periit de domo dñi sacrificium ⁊ libatio. Multi tñ tribulatōibus atterūtur nec odoꝛē suauitatis: sz potius odoꝛē fetoris reddūt. Qñ etiam paupes ab eis petūt elemosinas non dant vnctionē pietatis sz exit ab eis lapis dure obiurgationis. In multis etiam q̄ deberēt facere cū igne diuini amoꝛ est potius aqua fetide voluptatis. Item notandū q̄ in hostijs legis quedā animalia offerebant q̄ victa significabant. et mactatio coꝛ significabat coꝛ destructiōem q̄ fuerūt deo sacrificiū valde gtū: vt in hyrco vel ī capra vl in thauro vel vitulo. In hirco vl in capra fetes iniquitas intelligit. in thauro superbia. in vitulo lasciuia. In q̄busdaz ꝛo animalibꝰ ꝑtutes significabant: quoꝝ oblatio significabat oblationē quam deo faciunt qui pctō mortui in virtutibꝰ deo viuūt vt in oue vel agno vl columba vel turture. In oue simplicitas intelligitur. in agno innocētia. in columba socialis dilectō. in turture castitas. vtraq̄z ꝺo hostias spiritual⁹ offerre debemus.

Feria secunda Sermo XL.

Vlti leproſi

m erant in israel. Lu. iij. Lactancius li. iij. dic. Pagani quando sunt ī aduersis tūc deū inuocāt nō deos: sed q̄ sunt in ꝓsperis tūc colunt ⁊ inuocant deos. Moral⁹ Sic est de reprobis christianis q̄ in aduersis ad vnū solū deum fugiūt ꝓ remediꝭ. sz in ꝓsperis mlꝝ fallozꝝ

Feria scḋa post Oculi

portauit Danieli ductu angelico in lacum septem leonū. Panuz intritio est scriptura rum expositio in cordis alueolo. Malū autem est signū cum infirm⁹ abominat̄ panem Job.xxxiij. Abominabil' fit ei in vita sua panis. Lacus est mdꝰ. leones sunt demōes.i. Petri.v. Tanq̄ leo rugiens circūit querēs quē deuoret. Septē leōes sunt viciorꝫ capitalium p̄ncipes. Quicūq̄ ergo in mūdo est ip̄e in lacu leonū est. Sz nota q̄ hic q̄nq̄ panes doctrine legalis sunt q̄nq̄ verba q̄bꝫ tota comp̄hendit̄ scriptura. Que sunt hec Crede.fuge.age.time.appete. Crede in deū fuge vicia.age bona.time suppliciū. appete premium.i. Coꝝ.xiiij. In eccl̄ia volo quiq̄ verba sensu meo loqui vt ꝛ alios instruā q̄ decem milia verboꝝ in lingua. De secundo psal.xli. Fuerunt mihi la.mee pa.die ac no. Augusti⁹. Da mihi dn̄e in h̄ exilio panē doloris ꝛ lacrimaꝝ quē esurio sup oēm copiaz deliciaꝝ. Hic est panis q̄ p coruū ministrat̄ helie in torrente carith. sicut legit̄.iij. Regū xvij. Torrēs ꝯtritōem sig̃t Treñ.ij. Deduc quasi torrentē lacrimas p diē ꝛ noctez. Per coruum aūt nigꝝ ꝛ clamorosum: sig̃tur confessio pctōꝝ. Hic coru⁹ figuratus Geñ.viij aperta oris fenestra emittit̄ de archa cōstrata. et hic ministrat tibi panē refectiōis pnie sedente te in torrente plorat⁹. Plora ergo o peccator. Aug. Qui eni se ꝯgnoscūt sic sem per peccant: ita sp plorant. vitam em̄ suaz q̄ tota est temptatō sup terrā plorant Sz hic quinq̄ panes sunt q̄nq̄ partes penitentie: videlz contritō. ꝯfessio. oratio. ieiuniū: ꝛ elemosina. De tercio sig̃tum est Judic̄.vij. vbi legit̄ q̄ pāis succinerici⁹ castra madian sb̄uertere p somniū videbat̄. Castra madiā sunt sensus nostri qui vtiq̄ madianite sunt qd̄ interpretat̄ cōtradicentes. ꝯdicunt eniz freq̄nter rōni Psal.liiij Vidi iniq̄tatē ꝛ ꝯdictionem in ciuitate. Vn̄ in castr̄ inimicoꝝ habitant anime nostre in sensibꝫ cōstitute. Panis ex ordeo factus ē rigor disciplinē et cōtinentie. sensus contradicentes cohibens Eccl'i.xxxij. Panis ꝛ disciplina ꝛ op⁹ seruo id est sensui vl' corpori. Qui panis etiā succinericius dicit̄: qꝛ per iugem recordatiōem nostre incineratōis future sensus ab illicit̄ cohibem⁹. Sz hic nota q̄ quinq̄ pāes sunt quinq̄ sensuū discipline siue cōtinētie. August. Continēdus est anime appetitus a voluptate auriū ꝛ oculoꝝ ꝛa voluptate olfaciēdi: tangēdi ꝛ gustandi. Tali cōtinentia anima pascitur ꝛ tanq̄ panibꝫ cōfortat̄. De quarto dicit̄. mulieri colligenti duo lig̃.iij. Reg.xvij. Fac de ipsa farinula succinericiuz panē paruulū. Duo ligna crucē sig̃nt Hiere.xi. Mittam⁹ lignū in panē eius et eradamus eū de terra viuentiū. Farina est granuz contritū. Granū aūt christ⁹ Joh.xij. Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit ip̄m solum manet. si aūt mortuum fuerit multū fructum affert. Qui cōtritus est per passionē Isa.liij. Attrit⁹ ē ꝓpter scelera nrā. Mulier ergo id est eccl̄ia vel aīma colligēs per fidem ꝛ deuotōnem duo ligna crucis. de farinula panē facit qn̄ de passione christi se reficit. Panis iste puul⁹ est quia p passionē christus minut⁹ ꝛ hūiliatus est. ad Phil'.ij Humiliauit semetip̄m factus obediēs vsq̄ ad mortem Succinericius est q̄z: quia sub cinere amare passiōis christi memoriter coctus est. Psal.ci. Cinerē tanq̄ panez mādu cabam. Sz no. q̄ q̄nq̄ panes q̄nq̄ vl'nera christi sunt q̄ multū reficiunt aīam deuotam: qui nō solum sunt anime ordeacei per passionē sz etiā oleati et mellici p deuotōem Bern̄. Foderunt man⁹ eius ꝛ pedes ei⁹ et latus lancea perforauerūt. Per has rimas licet mihi sugere mel d̄ petra oleumq̄ de saxo durissimo. De oībus hijs varijs panibꝫ intelligi pōt qd̄ Dauid ad abymelech dixit.i. Reg.xvi. Si q̄d habes ad manducandum vel q̄nq̄ panes da mihi aut quidq̄d inueneris ꝛc.

De eodem.

Sermo LI de epistola

Illa autē hie

i rusalem q̄ sursum est libera ē que ē mater nrā. ad Gal.iiij

Quando aliq̄s crucē transmarinā assumpsit. ꝛ ꝓponit in terra sancta remanere: valde libenter audit bona de terra illa ꝛ magnū solatium in talibꝫ v̄bis recipit. Sic multi nostꝝ crucem penitentie assumpserūt i hac quadragesima ꝓponentes ire in illā celestē hierl'm. Tales em̄ sunt vere pegrini. singul' eni diebꝫ post assumptōem pnie dietā vnā fecerunt pegrinatōis sue. Hec peregrinatō in hoc est excellētior alijs: qꝛ ꝓpter hāc fiūt alie. Et si hec nō fiat alie paꝝ valent. Beati sunt illi qui iam assumpserūt si pseuerant. ve autē illis q̄ nondū assumpserūt: cū tn̄ rex celi hoc ip̄e crucē assumpsit Joh.xix. Baiu

lans sibi crucem eripuit in eum qui dicit cal
pharie locū. Et nullū reputat ꝺ familia sua
nisi qui illā crucē assumit Mat.x. Qui nō
accipit crucē suā ⁊ sequit me nō ē me dign⁹
Eccl'ia aūt ad solaciū coꝛ q̄ iam pñie crucē
ceperūt ⁊ ad puocandū eos q̄ nōdū assum/
pserunt vt assumant cōmendat celestē hie/
rusalem dicens: Illa aūt q̄ sursum ē hierl'm
ꝛc. Hodie appꝛopinquat nuncius ꝛe celesti
hierl'm.s. apl's ⁊ nunciat bona.s.q̄ hierusalē
libera ē ⁊ mater nostra.i.regio ⁊ patria. Qꝛ
naturalr quilibet diligit ⁊ desiderat patriaꝫ
suā Et sic nos celestem patriā. Aug. Fecisti
nos dñe a te inquietū est coꝛ nostꝛm donec re
quiescat in te, Heb.xiij. Nō hēmus hic ma
nentē ciuitatē sed futuram quaꝫ inquirim⁹
Ideo nō ꝛesideremus diu viuere in h⁹ mōdo
quod figuratur Ben̄.xxviij. Isaac ait ad ia
cob. Noli accipere ꝓiugē ꝛe filiabꝫ chanaā
sed vade in domū bathuelis patris matr'sue
et accipe tibi inde vxoꝛē ꝛe filiabus laban.
Spūaliter. laban interꝑtat candidatio ⁊ sī
gnificat ꝛeum. hic habet duas filias Rachel
et lyam. id est gratiam ⁊ gl'iam. Psal.lxxxiij
Gratiam ⁊ gl'iam dabit dñs. gl'iam videlꝫ
per contēplationē Fortunatus in omel'. Ne
quaq̄ deus se animе applicaret nisi se in cō
templatōe erigeret. ideo sume crucē ꝑnuten
tie. In summa ꝓꝓoꝛ epl'e hui⁹ duo in nuū
tur. Primo ponit sensum hist'oriacū ⁊ litte
ralez. ibi Fratres scriptū est. Secūdo sb'dit
sensū allegoricū mysticū seu spūalē ibi. q̄ sūt
per allegoriam dicta. De primo dicit. Frēs
scriptum est scz Ben̄.xvi. ⁊ xxi. Quoniam
abraam duos filios hūit. s. ysmahelē ⁊ ysaac

Sꝫ diceres tñ habuit plēs q̄ duos. vt pꝫ
Ben̄.xxv. ergo hoc est insufficienter dictuꝫ
Rñdet. verꝫ est plures hūit q̄ duos. sed illi
duo fuerunt ꝓncipales q̄s scriptura cōme/
morat ꝓpter figuram sequentē scz electoꝝ
et ꝛeprobоꝝ qui per illos figurant. Jō sb'dit
Unum scz ysmahelē ꝛe ancilla. scilꝫ. ꝛe agar
que fuit ancilla sare. Ben̄.xv. Et vnum de
libera. id est ꝛe sara. s. ysaac. Nam sara erat li
bera: qꝛ neptis abrae ⁊ filia fratris sui. Sꝫ
diceres: quare abraam hūit duas vxoꝛes cū
hoc sit ɔ legem nature ⁊ ꝓtra primam insti
tutionem coniugū. Rñdet magister in. iiij.
dist.xxxij. ꝓo varietate tempoꝝ varia inue
nitur dispositio conditoris. Primo frēs so/
roribus iuncti. post hoc nō sed cognatꝫ
iuncti. Sed post hec pene omēs falsis dijs
adheserunt ⁊ paucis ꝑmanentibꝫ in vera fi
de: consultū est a ꝛeo pl'es vni coniūgere ne
cultus ꝛei ꝛeficeret. Aug. Antiquis patribꝫ
illud non erat peccatū. quia nō gratia lasci
uiendi sed gignendi fecerunt. Sed dice
res. Hoc etiam faciam. Respondeꝛ. non: qꝛ
tunc nō erat contra ꝓceptū vt modo Etiā
respondeꝛ q̄ ꝛeus ex rationali causa dispen
sauit cum antiquis patribus ante legem et
post legem. et hoc ꝓpter multiplicatōem
ꝓlis ad cultum ꝛei edificande. erant enim
tunc pauci fideles. Sed qui ꝛe ancilla. id ē
ysmahel fm carnē natus est. i. fm legem ꝓ
pagationis sine vlla ꝓmissione ꝛe ipso facta
et absq̄ vllo miraculo. Sic ꝓꝓ Bene.xvi.
Poterat enī agar iuuencula naturalr conci
pere ꝛe abraam sene. Qui aūt ꝛe libera supple
uatus est. s. ysaac ꝑ ꝛepromissionē. s. diuinā
a ꝛeo factam ⁊ cū diuino miraculo. qꝛ pater
centū annoꝝ erat ⁊ mater nonaginta vt pꝫ
Ben̄.xviij. Sꝫ d. quare apostolus dicit
tantum ysaac ꝑ ꝛepromissionē natum cum
etiam legimus ꝓmissionem esse factam de
ysmahele. quia in Geneſi.xvi. dicitur cum
agar esset in ꝛeserto sur: tunc apparuit ei an
gelus domini dicēs. Agar ancilla saraꝝ vn
de venis aut quo vadis. Que respondit. A
facie saraꝝ domine mee ego fugio. Cui ange
lus. Reuertere inquit ad dñaꝫ tuam: ⁊ hu/
miliare sub manu illius. Et rursum multi/
plicans inquit mlt'iplicabo semē tuum. Ec
ce paries filium ⁊ vocabis nomē eius ysma
hel. hic erit homo ferus. manus eius ɔ om
nes ⁊ man⁹ omniū contra eum. Rñdetur q̄
ista ꝓmissio quādo facta est. tunc iam ys/
mahel erat conceptus. ꝓmissio veroysaac
facta est anteq̄ conciperetur: vt pꝫ ex verb̄
angeli posit'ꝫ in Ben̄.xviij.c. Et sic apparet
ysaac non fm consuetudinē humāe nature
esse natum: sed per ꝛepromissionē ex lō geno
parte ⁊ vetula matre nonagenaria. Dixi
secundo sb'dit sensum allegoricū seu spūalē
dicens. Que sunt per allegoriā dicta. i. ꝑ sen
sum alterum q̄z verba sonare videnť. Unde
allegoria est qñ ex vno aliud intelligitur

Ubi nota q̄ quadruplex est sensus sacre
scripture. Prim⁹ hist'oriacus quādo factuꝫ
narratur sicut est: vt dicit Jsiō. in lib. ethi/
molo. Hist'oria est narratō rei geste. Tropo
logicus sensus est cum per hec que facta sūt
aliqua facienda monstrāt. Allegoricus est
cum per id quod factum est aliquod futuꝝ
intelligitur. Sed anagogicus fm Augustt.
est per quē ꝛe sū permis ⁊ eternis tractatur.

Dominica Letare

Uerbi ḡtia: hiſtoriace hierl'm eſt ciuitas terrena. Tropoloice eſt anima ſcta. Allegorice militans eccleſia. Anagorice eterna patria. Hec enī. ſ. libera ⁊ ācilla ſūt. i. ſignificāt duo teſtamēta. Abraā ei q̄ interptat pr̄ multarū gentū ſignificat dm̄. qui de duobꝫ teſtamētis quaſi de duab vroribus duos pplos. ſ. iudaicum ⁊ gentilē: quaſi duos filios generauit. Unū q̄dē in monte ſyna ſupple dedit ſcz vetus vt ptz Exo. xix. ⁊. xx. In ſuitutem generans. ſcz populū iudaicū qui timore pene deo ſuierat ⁊ pmiſſione tpalium p occaſionem. Que id eſt cuius teſtamti veteris ſigura eſt agar. id ē ſignificat p agar. Syna enīz mōs id eſt vetus teſtm̄ datū in monte ſyna eſt in arabia. ſ. minori. i. in hūilitate et afflictione: qz hūiliabat ⁊ affligebat homies Nam arabia interpretat hūilitas ⁊ afflictō Qui mons .i. teſtamētū datū ꝓiunct⁹ ē. i. p omia ſimil eſt ei q̄ nunc eſt hierl'm. i. ſinagoge vel iudaico populo. Nam ſic⁹ vet⁹ teſtm̄ pēas minabat ⁊ tpalia pmittebat. ita ppls iudaicus timore pene ⁊ amore tpaliū ſuiebat. Et ſeruit cū filijs ſuis. i. proſelitis. qui timore pene ſeruiūt legi. Ex hijs ptz q⁹ lex vetus nō eſt ſuanda. Tum qz in ſuitute generat. tum qz timore pene homies hūiliat. tum qz a regno dei alienat ⁊ ꝓpter tempalia ſeruire faciebat. tū quia carnalibꝫ obſeruātijs affligebat. Tunc ſbdit. Illa aūt hieruſalem. i. eccl'ia de gentibꝫ congregata q̄ ſurſum eſt. ſ. p affectō em vel ſpem celeſtū. ad Phi/lippenſes. iij. Conuerſatio noſtra in cel' eſt. Nam eccl'ia partim regnat cū chriſto: ⁊ partim adhuc pegrinatur in terris. ſcz corpore deorſum: mente ſurſum. Dec libera eſt: qz ñ ex timore ſed ex amore ſeruit: non ꝓpter temporalia ſz ꝓpter celeſtia bōa. Que eſt mater noſtra. i. oim credentū. Et eccl'ia ſignificat per ſaram. Nam ſara interpretat carbo. In carbone aūt eſt calor ⁊ ſplendor. et ſic in eccleſia feruor charitatis ⁊ ſplendor hōeſtatis. Tropoloice hieruſalē eſt anima. Primo qz ſurſum debet eſſe p affectōem ⁊ amorez non deorſum ſz ſurſum eleuata in ſpūalibꝫ ⁊ celeſtibus. Colo. iij. Que ſurſum ſunt q̄rite ⁊c. Et hoc oñdit ſtatura homis: quia erectus ē Auguſt. Non diſcreper cor tuū a facie tua vt facies tua ſurſum. cor aūt deorſuz Sciendū tria alleuiant aīam ſurſū. Primuz penitentia: quia natural'r leue aſcendit. et hoc facit penitentia. Euſeb⁹. Unuſquiſq; fideliū confeſſione facta ſentit ſe natural'r leuiatuz. Ratio: qz peccatū grauat. Pſal. xxxvij. Iniq̄tates mee ſup. ſunt ca. ⁊c. Secundum eſt elemoſina. Ratio: quia ea que ſunt puriora ſurſum ſituantur: impura deorſum. Prouerb. xv. Leuz ſurſum terra deorſum. Sed elemoſina purificat Lu. xi. Date elēoſinā ⁊ omīa munda ſunt vob. In ſcipo mūdat a culpa Eccli. xxx. Miſerere anime tue placens deo. Iſid. Quid pdeſt aliū paſcere. ſi tamē ꝓpria aīa pereat fame. In ꝓrio delet a pena. Tercium eſt oronis inſtantia. Damaſce. Oratio eſt mentis in deū eleuatio. ſ. q̄ñ eſt feruens. pſal. cxl. Dirigat⁹ oro mea ſic incenſum in ꝓſpcu tuo. Scdo hieruſalē interpretatur pacifica. ⁊ ſic anima debet eſſe pacifica. Primo cū deo. ſed nō ſic peccatores ſunt pacifici. Iſa. xlviij. Nō eſt pax impijs dicit dñs. Quia vbi odiū ibi nō eſt pax. Ecleſiaſtici. xij. Altiſſim⁹ odio hz peccatores Secundo in ſcipo: ⁊ ſic nō ſunt pacifici peccatores Pſal. xxxvij. Non eſt pax oſſibꝫ meis a facie pcorum meoz. ſ. in conſcientia. p uerb. xxv. Tecta pſtillantia in die frigoris ⁊ litigioſa mulier compant Sz boni. pſalm. Pax multa diligentibꝫ legem tuaz. Tercio cum proximo. Roz. xij. Si fieri pōt cū omnibus homibꝫ pacem hītes: quia aliq̄n nō poteſt pax fieri cum malis ſz bellū ꝓpter deū Math. x. Non veni mittere pacē ſz gladiū Pacem ſcz cum malis. Aug. ad Bonifacū Belluz excitatur aduerſus malos vt pax acquiratur. Iō dicit apl'us. Quantum ex vobis eſt ad oſtendendū q⁹ debet eſſe in preparatione animi vt homo ſit paratus ex parte ſua habere pacē cū proximo ſi expedit. Uel dicit quātum ex vobis eſt ad oſtendenduz q⁹ debet eſſe ſpontanea ⁊ non coacta. vt quis coactus vel timore alicui⁹ mali eminētis pacem ſeruet. Aug. in libro d̄ ciuitate dei. Pax eſt hominū ordinata concordia. Tercio dicitur libera. et ſic anima. Primo a peccati infirmitate. Ad romāos. vi. Liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſticie. Peccatū eſt ſic infirmitas grauiſſima que tollit ſenſum guſtum ⁊ ſpiritū. Unde aliq̄n etiā infirmitas facit aliquē fatuum: ⁊ ſic pctm̄. vnde peccatores fatuis pueris comparant. Gregorius Quid inſanius q̄z pro modica delectatōne carnis ſe obligare eternis ſupplicijs. Pro uerbioz. i. Uſquequo paruuli diligitis infantiam ⁊ ſtulti ea que ſibi ſunt noxia cupient. Quarto debet eſſe fructifera quia mater noſtra eſt. Ad modum enī matris debet

concipere bonum ꝓpositum ⁊ parere op⁹ bonum. Anagogice per hierusalem q̄ sursuz est intelligitur eterna patria. Jn hoc q̄ dic̄ sursum est: commendat eam a situ. Et vere est sursum: quia in celo empirreo. Jn hoc q̄ vocat eam hierusalem cōmendat eam a pace. Interpretatur enim hierusalem pacifica vel visio pacis. Jn hoc q̄ vocat eam liberaz notat eius nobilitatem. Jn hoc q̄ dicit eaz esse matrē nostram ostendit eius charitatē ad nos. eo q̄ multum debemus de ea sperare et eam amare. Circa primū nota circa h̄ q̄ aliqua ciuitas in alto est sita solent tria bona sequi. Primum est mundicia quā constat esse in ea. Unde apocal'. xxi. Nihil coinquinatū intrabit in eam. Zacha. ix. Replebuntur electi quasi fiale in domo domini. Secundū est sanitas quam constat esse in ciuitate illa. nullus enim ibi infirmatur vel morit̄. Apoc. xxi. Mors enim vltra non erit neq̄ luct⁹. n. cla. neq̄ do. erit vltra. Terciū est securitas. non enī patet accessus hostium quādo ciuitas est sita ī loco alto. Securissima est ciuitas ista. Maz ī mūdo isto non est securitas. Boni enim timēt ne bonitatem suam perdant. Job. ix. Uerebar omnia opera mea sciens q̄ non parceres delinquenti. Mali trepidant vbi nō est timor. Augustin⁹. Timent illud quod nō oportz amant qđ non decet: vane volent ⁊ vanius gaudent. Jdeo ad Colocen. iij. Que sursuz sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens. que sursuz sunt sapite nō que sup̄ terrā.

Circa secundū. Eterna patria dicit̄ hierusalem. id est visio pacis. Juxta illud Isa. xxxij. Sedebit enim populus me⁹ in pulcritudie pacis ⁊ in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. Jn mōdo isto nō est perfecta pax de malis. hoc patz Isa. lxvij. Non est pax impijs dicit dñs. Jn bonis vidz pax cē Psal. Pax multa diligentibꝫ legem tuam. Sed ꝑm veritatē nō est illis perfecta pax. Quomō enīz aliqs habet pacē in domo sua qui malā habet vxorē ⁊ quinqz filios querulosos qui nunqz sanant̄. Mala vxor caro est q̄ litem ⁊ bellū habet cuz spiritu. Ro. vij. Video aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee. et ad Gal. v. Caro cō cupiscit aduersus spm̄. Quinqz filij q̄rulosi sunt quiqz sensus. Eccl's. i. Non satiat̄ oculus visu nec auris auditu impleť. Sic ergo in nob̄ pacem nō hēm⁹. Ad ꝓmos enim nō habem⁹ pacē ꝑfecte cū ml'ta ī eis videm⁹ vnde perturbamur. Cum deo etiā nō hēm⁹ ꝑfecte pacem: qz cum frequenter offendim⁹: ⁊ quia ml'ta fiunt ab eo que nobis non placent Sed in supna hierusalem erit pax hec triplex ꝑfecte: qz volūtati dei in nllo discordabim⁹. ⁊ nihil displicebit nob̄ in illa sācta societate. Et corpib⁹ nostris dñabimur ꝑfecte Psal. xxxvi. Et delectabūtur in ml'titudine pacis Circa terciū nota eius nobilitatem. cum dic̄ Libera est. Nota in supna hierl'm multiplex est libertas. Prima a seruitute tyrānica. Xp̄s enī qui vere de⁹ est ibi se habet vt sponsus ⁊ amic⁹ Joh. xv. Jā non dicam vos seruos sz amicos. Secūda libertas erit a seruitute peccati: qz ibi erit ann⁹ iubileꝰ ꝑpetuus: quātū ad electos. Jn anno enim iubileo oīa libere dimittebant̄: vt habetur Leuitici. xxv. Tercia libertas erit a carcere corporis. qui carcer adeo sordidus est vt ꝑ fenestras lutū exeat. De quo carcere Roz. vij. Quis me liberabit de corpe mortis huius. psalm̄. Educ de carcere animaz meam. Quarta libertas erit a miseria huius exilij. Apocalipſ. xxi. Absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum Circa quartum in hoc q̄ dicit Mater nostra est. ostendit nobis q̄ ciues huius ciuitatis hierl'm nos ideo amant vt a nobis amari debeant Mater enim amat et amatur. amat enim filios suos: quia chare comparauit eos. Filij etiam amāt matrem ea de causa qz multa passa est pro eis. Thob. iij. Honorē habebis matri tue omnib⁹ diebus vite eius. Memor enī esse debet que ⁊ quāta passa est pro te in vtero suo. Sic sancti q̄ sunt in supna hierl'm multa passa sunt ꝓ peccatoribus Non tm̄ dolorem passa est mater tua pro te quantū christ⁹ in cruce. Multū enī passus est paul⁹ ⁊ petrus ⁊ alij sancti ꝓ pctoribus. Zelus enī quē hēbant circa circūcisionē peccatoz eos occidit Jō multū sunt diligendi ab hijs qui sunt in eccl'ia militāte. Et festa eoz debēt in mag̃ reuerentia laudari. Et magnā fiduciaz hāe debent ad eos sicut filia in matre. Qz apli et sancti martires atz pdicatores q̄ nos ꝓcesserūt: ipsi ꝓgenuerūt nos in fide xp̄i sua doctria et suis scriptis atz exemplis. De qua generatōe dic̄ aplus ipis corinthijs. i. Cor. iij. Per euāgeliū vos genui Jō sb̄dit. Letare sterilis q̄ nō paris. i. pctoz q̄ nō pariebas filios bonoz opez. si diceret. Quia nūc est temp⁹ gr̄ie ⁊ penitentie. Erūpe ⁊ clama. s. in gaudiū ꝓ nimia iocūditate.

Pro quo sciendū hec dñica vocatur dominica leticie. Ideo totum officium misse incitat ad leticiam :qđ ptz primo per introitum Letare hierl'm ꝛc. Isa.vlti. Sicut enī pater ducens filios ꝑ desertū veniens in medium mōtis:dicit. Letamini :qꝛ sum⁹ i medio. Et sic deus pater hodie in toto officio. Reuera letandum. Isido.de summo bono. Qui future vite premia diligenter cogitat. omnia mala equanimiter tolerat. Nota ml'ta genera hominū letant' Primo captiui in carcere de liberatione Et sic nos Isaie.lv. In leticia egrediemini ꝛ cū pace deducemi scilicz de captiuitate babylonica. Et hoc figurat' in tribꝫ dñicis precedentibꝫ vbi agit' de inuexatiōe diabolica. Et sic nūc sum⁹ liberati. Nam vitul⁹ ligatus salit cum soluitur Psal. cvi. Eduxit eos de tenebris ꝛ vmbra mortis ꝛ vincula eorum dirupit. Secundo letantur errantes de cognitione vie et ceci de illuminatiōe.et sic nos Sapien.v. Erraui mus a via veritatis ꝛc.prima Petri.ij. Erratis sic oues errātes: sed conuersi nunc estꝫ ad pastorem ꝛ episcopum animaꝝ vestraꝝ. Et ceci illuminati sunt Psal.xcvi. Lux orta est iusto ꝛ rectis corde leticia. Tercio paupes letant' de inuentōe pecūie ꝛ burse.ꝛ sic de alijs. Et sic nos inuenim⁹ thesauꝝ sciētie ꝛ sapientie. Psal. Uideant paupes et letent'. Querite dñm ꝛ viuet anima vr̄a. Uere pctōres sunt paupes Eccs.ix. Qui i vno peccat multa bona ꝑdit. Math.xij. Simile est regnum celoꝝ thesauro abscondito in agro.id est filio dei in carne abscondito ꝛc.

Quarto quando sterilitas cessauit .et sic nos in epistola ad Gala.iiij .Letare filia q̄ non paris. Luce.i. Amici gaudebant cum elyzabeth quia sustulit opprobrium in isrl'.

Quinto quando pestilētia cessauit Hieremie.ix .Mors intrauit per fenestras. scz sensuum. Lu.xv. Epulari ꝛ gaudere oportet:quia frater tuus hic mortuus erat ꝛc. Ideo hodie mors expellitur. Sexto qñ seruus a malo seruitio ad bonū veniet letat'. et sic nos Johan.viij. Qui facit peccatū seruus est peccati.ij. Pe.ij. A quo quis supat' huius ꝛ seruus est. Sz nunc habem⁹ bonū seruitiū Psal. Jubilate deo omīs terra ꝑuite dño in leticia. Figuratur Math.ij. Reges gauisi sunt de inuentione stelle perdite.

De eodem.

Sermo LII de euangelio.

Icē vere propheta Joh.vi. Isti hoīes q̄nqꝫ panū miracl'o illūinati veritatez cognoscunt ꝛ dicunt. Hic est v̄e ꝓpha. Attende ꝙ dicunt vere. Et iuxta h̄ attendēduz est ꝙ sacra scriptura sb̄ attestatione v̄itatis nobis insinuat humanā fragilitatem. angelicam charitatē.diuinā auctoritatē.dyabolicam importunitatē. De p̄mo Isaie.xl. Uere fenum est ppl'us:exiccatū est fenū:ꝛ cecidit flos.i.pulcritudo carnis vel gl'ia mundana O q̄ꝫ miserabile est hodie.hō ꝑ transitoriā vitaꝫ virescit.cras ꝑ mortē vl' adhuc hodie sicut fenū arescit Mat.vi. Si fenū agri qđ hodie est ꝛ cras in clibanū mittit' deus sic vestit ꝛc. Ubi ergo est flos īpioꝝ tempal' quādo quasi fenū aridum mittent' in clibanū ignis. Aug. Florent in seculo arescunt in iudicio.ꝛ post ariditatem in ignē mittent'. O domine de⁹ si fenū est hō:ergo cibꝫ ē iumentoꝝ Certe sic. Pctōr enī cibꝫ demonū spūal'r est Job.xl. Ecce behemoth quē feci tecū fenum quasi bos comedet. Behemoth est diabol⁹: qꝛ interp̄tat' aīmal aut bestia.psal.lxxiij. Ne tradas bestijs aīas ꝯfitentiū tibi. De scđo Act.xij. Nunc scio v̄e qꝛ misit dñs angeluz suum ꝛ eripuit me de mānu herodis. Herodes est diabol⁹ de cuius manu frequēter nos eripit angelus. Psal.xxxiij. Immittet angelus dñi in circūitu timentiū eū ꝛ eripiet eos Uere autem eripit nos in morte dū ꝑ angelum de carcere hui⁹ mundi educimur. Luce xvi. Factū est aūt vt moreret' mēdic⁹ ꝛ portabatur ab angel' in sinū abrae. Tunc ꝑ āgelū primā ꝛ scđam custodiā demonū euadim⁹. Primam quā hn̄t ꝯtra venientes. Scđaꝫ quā habent ꝯ̄ decedentes.psal.cxli. Educ de custodia aīam meam ꝛc. Hijs transitis porta ferrea.id ē aditus celi vltro aperit'. Ferrea dicit' ꝓpter firmitatē Psal.cxlvij. Qm̄ cōfortauit seras portaꝝ tu. Aug. Hierl'm secura esto secure lauda sine fine lauda:fortit' clause sunt porte tue :non exit amicus:nō intrat inimicus. De tercio đr. Hic est vere propheta. Mirabant' đ potestate quā faciebat in q̄nqꝫ panibꝫ:ꝛ nō mirāt' homies de ptāte quā adhuc hodie dñs oñdit in oībꝫ panibꝫ mđi:q̄s de paucꝫ g̃nis ml'tiplicat. Possunt etiam quinqꝫ panes ordeacei q̄nqꝫ partes pnīe sig̃re.que sunt ꝯtritio.cōfessio.ieiuniū orō.elemosina.q̄bꝫ aīe nostre optīe ꝯfortāt'.

Figuratur.iij. Regū.xix. vbi dicitur. Angelus oñdit helie succinericiū panem ⁊ vas aque: de quo comedens ⁊ bibēs ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹ vsq; ad montem dei oreb. Panis subcinericius penitentiā significat. Penitentes enī in cinere penitere solēt. Luce.x. Olim in cinere ⁊ cilicio sedentes peniterent. Et q̄ penitētia cū lacrimis fieri debet. Jō vas aq̄ ad caput ostendit Hiere.ix. Quis dabit capiti meo aquā: ⁊ oculis meis fontē lacrimaꝝ ⁊ plorabo die ac nocte. Quadraginta sunt quater decez. quadraginta ergo dies significant totū temp⁹ quo ſm legē quattuor euangelistaꝝ ⁊ decem mādatoruz bene viuendo ambulare dēm⁹ vsq; ad mōtē celestis patrie. Oreb enī mensa interpretat Luc.xxij. Ego dispono vob sicut disposuit mihi pater me⁹ regnū vt edatis ⁊ bibatis super mensam ⁊c. De quarto Isa.xxxvij. Vere enim dñe deſtas fecerūt reges assirioꝝ terras ⁊ deos eaꝝ dederūt igni. Reges iniquoꝝ sunt demones. Job.xli. Ipse est rex sup omnes filios supbie. Terra sig̃t eccl'ias christique sunt plures particl'ares: licz vna sit vniuersalis. Sz qui sunt dij: deus bonus est potens est: sapiens ē. Boni ergo ⁊ potētes ⁊ sapientes per deos figurātur Psal.lxxxi. Ego dixi dij estis ⁊c. Exo.vij. Ecce cōstitui te deum pharaonis. Dyabolus q̄z ait Gene.iij. Eritis sicut dij ⁊c. Bern̄. O maligne: o maliuole ad quid eis similitudo hui⁹ vite ⁊ scientie ꝓsunt. Certe sunt sicut dij recti iusti et veraces. Tales deos sepe demōes igne iniq̄tatis succendunt. Legit ꝙ caldei ignē ꝓ deo colentes ꝑ hoc deum suū potentissimū pro/baueruut ꝙ om̄es alios deos ꝯsumeret. De/inde alia gens ydolū suū aqua impleuit: et foramina parua in ipo faciēs cera obstruxit et sic aqua erūpens ignez extinxit. Sic nos aqua gratie ⁊ cōtritionis impleti extingue/re dēm⁹ ignē vicioꝝ per foramina lacriman/tium oculoꝝ. Grego. Extinguamus fletib⁹ peccata ⁊ dignis penitētie fructib⁹ vt ꝑ cul/pas tempa indulta nō pereant.

Feria secunda.

Sermo LIII

Olite facere

n domum patris mei domū ne/gociatiōis. Joh.ij. Mat.xxi. Marci.xi. ⁊ Lu.xix. Peregrini ⁊ mendici solent petere elemosinam in honore illo/rum sanctorum quoꝝ limina frequentāt. et in quibus nomnib⁹ sperant exaudiri. Spiritualiter. Et sic nos mendici Psal.lxxxv. Quoniā inops ⁊ paup sum ego. Et psalm̄. xxxviij. Peregrin⁹ sum apd̄ te sicut om̄s patres mei. Ergo quidq̄d debem⁹ habere debemus petere a deo. ꝓma ad Corīt.iiij. Quid habes quod nō accepisti a deo. quasi dicerz. nihil. Ergo dēm⁹ petere in nomie illius in q̄ speramus exaudiri. scz in noīe Jhu. Johis xvi. Quidq̄d pe. ī noīe meo fiet vob. ⁊ Act. iiij. Non est nomē sub celo datū homib⁹: in quo oporteat nos saluos fieri ⁊c. Qd̄ consi/derauit Dauid dicens. Propter nomē tuū domine ꝓpiciaberis peccato meo: multū est enim Psal.xxiiij. Et sic petit ecclesia hodie Deus in nomie tuo saluū me fac ⁊ in virtute tua iudica me: exaudi deus oratōnem meam. psal.liij. Nota hunc psalmū fec̄ Dauid cum fugit a facie saul. ꝓmi Reguz.xxiij Et in desertum Ziph. Tunc ziphei venerūt ad saul dicentes. Dauid ecce latitat apud nos in colle achile. Ecce nunc veni et sicut desiderauit anima tua vt descenderes descende. nostrum autē erit tradamus eum in manus tuas. Dixitq; saul. Benedicti vos a domino: quia doluistis vicem meam. Abite ergo oro et diligentius preparate ⁊ curiosius agite et considerate locuz vbi sit pes eius velociter vel quis viderit eum ibi vbi dixist⁹. et reuertimini ad me vt vadam ad rem certam vobiscum. ꝙ etiā si in terrā se obstruxerit perscrutabor eū in cunctis milibus iuda At illi surgentes abierunt in ziphante saul. et saul post eos: ⁊ nunciatum est dauid ⁊ fugit in desertū maon. et fecit psalmū istum in fuga. Item peregrini etiam solent accedere talia loca vbi inueniunt personas eis elemonas prestātes. Et sic nos debem⁹ petere in loco. scz vbi deus sit. scz in templo. Psalm̄. x. Dn̄s in templo sctō suo. Et sic inuenit euz mater eius Luc.ij. Ibi debem⁹ eū petere. Et sic salomō Prouer.xxx. Mendicitatez ⁊ diuitias ne dederꝫ mihi: tribue tm̄ victui meo necc̄aria. Et sic facit eccl'ia in collc̄a. scz Presta q̄sumus omp̄s deus vt obseruatōnes sacras annua deuotione recolentes ⁊ corpore tibi placeam⁹ ⁊ mente. Licet deus vbiq; sit tamen special'r ꝓmisit nos exaudire in templo. et sic Salomon petijt sapientiā ⁊ exauditus est. vt ptz in epistola.iij. Regū.iij. ita

Feria scḋa post Letare

ꝙ audiuit omīs isrl'iudicium iustū qđ iudicasset ⁊ timuerūt regē videtes sapiam dei eē in eo. Et ħ acq̄siuit ex eo ꝙ recozauit domū dñi. Et sic nos dēm⁹ honozare domū dei vt eo citius exaudiamur Psal. xcij. Domū tuam dñe decet scitudo ⁊c. Et ħ docet dñs in euangelio Nolite facere domū p̄is mei ⁊c.

In summa euang. tria innuit Primo paterne hitationis mūdicia affectata qđ ventiū ꝓbat electio. ibi. prope erat pasca ⁊c. Scḋo tangit interne aduertētie expressio: ibi. Rñderunt ergo ⁊c. Tercō tangit supne ꝓuisionis euidētia demōstratā. ibi. cum aūt esset hierl'imis. De primo dr Et ꝓpe erat pasca iudeoz ⁊ ascendit ihs hierl'imaz

Ubi sciendū ꝙ euangelista volēs oñdere quō saluator domū sui p̄is mūdauit p̄mittit quō mūdandi causa hierosolimā ascēdit vt visitum ē. qz christ⁹ vsqz ad passionē suam legem voluit obseruare Math. v. Nō veni soluere legē: sz adimplere. In lege aūt Exo. xxiij. hī ꝙ in tribꝰ solennitatibꝰ in anno iudei videbant cōuenire in hierl'm. scz ī pasca: penthecostes ⁊ in festo tabernacloz. De vltimis duabꝰ dispensabat cū illis q̄ a remotis erant. sz ꝓma nequaqz. Hāc legē obſuās venit in hierl'm xp̄us. Ad exēplū ergo ei⁹ debem⁹ solicite diuina p̄cepta obſuare. Scḋm Alchu inū vidr ꝙ hoies non ascēdunt ad festiuitates dei nec celebrāt pasca siue festa: cū ħ dei filius deū p̄em in hīs honozauit. hec ille. Sz fm euangelistā non simpl'r dixit. ꝙ erat pasca: sz addit iudeoz. ħ duplici de causa. Prima qñ aliqui festū aliqđ sancte ⁊ pure celebrant dicūtur dño celebrare. alias vero non dño sed sibi. Isa. i. kalendas vras et solēnitates odiuit anima mea. Judei ergo quia nō fructū animaz q̄rebant sed suū lucrum tm. iō dixit. pasca iudeoz Uel ħ dixit ad dñm nostri pascatis: qz iudeozū fuit figurale. nostz vero vez. i. Loz. v. Pasca nostrum imolat⁹ ē xp̄c. Et inuenit in tēplo ventes oues ⁊ boues ⁊ colūbas ⁊ numularios sedentes. In q̄ notat vicia sacerdotū domū dei polluentiū. Primo sciēdū ꝙ quia animalia predicta nō poterāt de longinquo adduci. Jō sacerdotes cupiditate ducti statuerunt ea in templo: vbi erat altare timiamatis. et candelabz vbi hoies orabāt et doctores docebant. sz nō in atrio sacerdotū vbi erat altare holocaustoz. Et ħ fecerunt vt de longinq̄ venientes nō hrēnt excusatōem de oblatōibꝰ obmittēdis. sed ꝓpter eos q̄ non habebant pecunias posuerūt ibi campsores qui ſb cautiōe tradebāt pecunias. capiētes aliqua munuscula pua: nō pecunias ne vi rent facere ō legem. Deut. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā pecuniā. qđ tm̄ p̄hibuit dñs Ezech. xxij. Usurā ⁊ oēm superabūdantiā nō accipietz Uñ ō isto vicio auaricie sacerdotū dixit ꝓpha Isa. lvi. c. Pastores eius nescierūt intelligentiā: oīs in viaz suā declinauerūt: vnusquisqz ad auaricia suam a summo vsqz ad nouissimū. Mistice boues vēdunt q̄ scripturā sacrā ꝓpter honorem p̄dicant. A bobus sacra scriptura venit: id est a sanctis p̄bis qui portauerūt iugum domini. Oues vendūt q̄ opa pietatz ꝓpter vanitatē mundanā faciūt. Columbas qui dona spūsancti vēdunt ⁊ sacramēta. Act. viij. Pecunia tua tecū sit in pditiōez. Numularij sunt q̄ dant bñficia ꝓpter retributionē tē porale. Heu q̄t sunt vendentes et emētes in eccl'ia: qđ conqritur Hiere. vi. c. A maiore vsqz ad minorē oīs auaricie studēt. Amos ix. Auaricia in capite oīm ⁊ nouissimū eoz in gladio interficia. Glo. sicut oēs sensus in capite. ⁊ sic in omnibꝰ sensibꝰ est cupiditas rez tpalium. vt ptz intuēti. Jō nunc sequit duplex remediū ꝓtra vicia sacerdotū. s. operis ⁊ oris vt doceret eos q̄ curaz hñt ecclesie. subditos ꝛbo ⁊ facto tenere corrigere. Primo remediū operis ponitur: cū fecisz quasi flagellum de funiculis omnes eiecit d templo. Oues quoqz et boues ⁊ numulariozuz effudit ⁊ mensas subuertit. Ubi sciendum ꝙ nō solum animalia: sed etiam homines eiecit. Sed diceres. quare non resistebant ei. Dicendum ꝙ diuina virtus in illo facto operabatur: que operabatur in effectu quando volebat. sicut ptz Johis. xviij. vbi ꝓstrasse dicit eos qui eū capere volebant. sic ⁊ hic. Ex oculis eni eius quidam fulgur exibat qui eos terrebat ꝙ ei resistere non audebant. Sciendū mystice fm Aug. ꝙ de peccatis nostris sumit materiā vnde nos puniat. Ipsa enim ꝓtelatio peccatoz fm ꝙ peccata peccatis addunt quidā funiculi dicuntur Prouer. v. Funibꝰ pctōrum suoruz constringit. Et ysaie. ij. Ue qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis. Sed dicerem. quare fecit flagellū de resticulis cuz solo verbo eos potuisset eiecisse. Rñdetur fm Augustinū. vt doceret ꝙ abipsis erat flagellandus. ideo ꝓpter eos flagellauit. Secūdo ad designandum m'tiplex flagellum pctōz.

Primum est flagellū correctōis leuiter verberans quo flagellat̄ iust⁹ sic̄ vestis flagellat̄ vt de ea puluis excutiat̄. Psal. xxxvij. Ego ī fla. pa. sum. Nā dn̄s leuiter flagellat bonos sic̄ puer flagellat̄ vt efficiat̄ doctus. Ecci. xxx. Qui diligit filiū assiduat ei flagella. Heb. xij. Flagellat dn̄s oēm filiū quē recipit. Secundo repitur flagellū punitōis vulnerans grauiter. Et format̄ de restib⁹ pctōꝝ. Et sic pharao flagellat⁹ ē psal. xxxi. Multa flagella pctōris. Reuera hic et alibi pctōr flagellatur. Et dicunt̄ multa mltiplici de cā. Primo qꝛ omnia cedūt eis in malū. Aug. in meditatōnib⁹. O misera sors flagiciosi homis siue bonū siue malū: pariter oīa sunt illi tormenta. Scdo quia singul' peccatis ⁊ singulis membris q̄b⁹ hō peccat correspondēt pene singule. Bern̄. in q̄dam sermōe q̄ incipit Regio australies. Jhennalis angustie nō hn̄t meritū. non recipiūt intersticiū. nesciūt remedium. singulis excessib⁹: singulis membris q̄ fuerunt arma iniq̄tatis debetur pena Attende aūt ꝙ si illa q̄ videbant̄ aliq̄ mō licita ⁊ quasi ad cultū dei ordinata de templo eiecit. quāto magꝭ si inuenissꝫ illicita. Unde Beda. Quid ergo frēs mei quid putamus dn̄s faceret. si rixis desidentes. si fabulis vacantes. si risu dissolutos vl' alio q̄libet scelere reperierit irretitos. Hec ille. Unde apl'us tales reprehēdens. i. Coꝝ. xi. dicit Nūquid domos nō habetis. s. ad agenda vl' loquēda secularia aut eccl'iam dei contēnitis. Et hic remie. xi. Quid est ꝙ dilectus me⁹ in domo mea facit scelera multa. Et ysa. xxvi. In terra sanctoꝝ iniqua gessit ⁊ nō videbit gl'iam domini. Et quia templum dei ciuitas dicit̄ Psal. lxxxvi. Fundamēta eius in montibus sanctis. Ideo metuēda est sentētia apostoli p̄ma Coꝝ. iij. dicentis. Si quis templum dn̄i violauerit disperdet illū deus Et sentētia iudicis dicentꝭ Disperdet de ciuitate dn̄i omnes qui operātur iniquitatē. Remediū oris ponit̄ cum sb̄ditur. Et hijs qui columbas vēdebant dixit. Auferte ista hinc ⁊ nolite facere domū p̄ris mei domū negociatōis Zach. xiiij. Non erit vltra mercator in domo dn̄i. Et dicit in textu. domū patris ⁊ nō mei. ad denotandū honorē patris. Joh. viij Ego honorifico p̄rem meum ⁊c. Augustī⁹. In oratorio nemo aliud agat nisi id ad qd̄ factum est. Principaliter tamē negociatōes non debent fieri in domo dei: vt habetur. vi. decretalium de immunitate eccl'iaꝝ ⁊ religiosorū locoꝝ. c. decet domū domini vbi dicitur Cessent ī ecclesijs earumq̄ cimiterijs negociatiōes precipue nundinarū ac fori cuiuscunq̄ tumultus ⁊c. Nota negociatio prohibetur: primo quantū ad statū. ⁊ sic clericꝭ prohibetur saltem quātum ad lucrum ⁊ ad cupiditatem. Primo propter frequētia vicia inde prouenientia. Prouer. xx. Maluꝫ est malum ē: dicit omīs emptor. ⁊ cū recesserit tunc gloriabit̄. Secundo retrahit a curꝭ spūalibus. ij. Thimo. ij. Nemo militās dō implicat se negocijs secularib⁹ ⁊c. Secūdo quo ad locum vt in templo. ⁊ hoc propter fraudulentiam. Unde Leo papa. Difficile est inter vendentis ⁊ emētis commertiū nō interuenire peccatuꝫ. Apoca. xiij. Et ne q̄s posset emere nisi qui habeat caracterem aut nomen bestie. id est fallaciam verboꝝ vl' reꝝ

Ubi sciendum ꝙ solo verbo istos amouit quia symoniaci primo fugandi sunt de ecclesia per excommunicatōem. ⁊ quia, q̄ꝫdiu viuunt possunt se ꝯuertere non sunt despiciendi. Si v̄o non conuertātur. tunc non soluꝫ sunt fugandi sed ⁊ ligandi cum illis Mat. xxi. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus ⁊c. Attēde autē Math. xxi. dicit. Nolite facere domuꝫ meam speluncā latronum. Hic vero dicit: domum negociatōnis. In hoc facit sicut bonus medicus qui primo a leuioribꝫ incipiens postea dura proponit. Unde christus qui h̄ factū egit s̄m Bedam qd̄ hic enarrat̄ de expulsione. ideo p̄mo eos nō latrones vocat: sed negociatores. Sed quia ex eoꝝ duricia a tali negociatiōe non cessabant. iō dominꝰ alia vice vocat eos latrones. Sciendum ꝙ licet iudei christū p̄sequebant̄ ex eo quia dicebat deum p̄rem suum. vt h̄ Joh. q̄nto. tamen in hoc loco de hoc non sunt turbati ꝙ deum dicebat p̄rem suum. quia ibi ītellexerunt ꝙ diceret se filiū dei naturalem. hic vero ꝙ solum se diceret filium adoptionis. Recordati v̄o sunt discipuli eius quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me Zelus dicit quandā intensionē amoris: qua intense deū diligens nihil sustinet qd̄ amori suo repugnet. Et inde est ꝙ viri intense diligentes vxores suas qui nec in eis sustinent aliorum consortiū vtpote amori ꝯrium zelo tipi dicuntur. Ille igitur zelum dei habet q̄ nihil patienter contra honorē dei quē maxime diligit sustinet. iij. Re. xix. Zelo zelatus sum pro domino exercituum. Sic et nos pro decore domus dei zelus comedit dū si

Feria scḋa post Letare

quid ꝺ̄nium fieri videmus. studemus etiaꝫ quantūcūqꝫ chari nostri sunt ꝙ hec faciūt remouere nō timētes ꝓpter hꝰ aliqua mala ꝓpeti. Uñ glo. Bonus zelꝰ est feruor animi ꝙ mens abiecto timore ꝓ ꝛefensiōe ꝺ̄itatis accenditur. Ab eo comeꝺit qui ꝙlibet praua que viderit corrigere satagit: si neꝺt tolerat ⁊ gemit. Uñ bern. sup Cant. ser. xij. Etenim si amares ꝺ̄nm ih̄m toto corꝛe tota aīa tua et tota virtute. nunq̄ꝺ si videres ei iniurias contēptumqꝫ inferre nullatenꝰ equo animo posses sustinere. Sꝫ moꝛ recepto spiritu iuꝺicij ⁊ spūs ardoꝛis ⁊ tanqꝫ potens crapulatus a vino repletꝰ zelo phinees: ꝺiceres cuꝫ Dauiꝺ. Tabescere me fecit zelus meus: ꝙa obliti sunt verba tua inimici mei. Et cuꝫ ꝺomino. Zelus ꝺomꝰ tue comeꝺit me. Hec ille. Unde augꝰ. in ꝑsona christi ꝺicit. Qm̄ zelꝰ ꝺomus tue comeꝺit me. i. ꝙ ꝑsecutus sum in illis uniq̄tanꝫ ipsoꝝ illos nō patēter tulit quos sic corripuit. ꝙ ꝙsiui gloꝛiam tuā in ꝺomo tua: ꝙ flagellauit in tēplo male versantes. Ubi zelꝰ ꝺomꝰ tue comeꝺit me. ꝺixerunt enī hic alienus hic hoſpes hūc neſciꝰ vnde sit. quod nō ꝺicerent si agnoſcerēt vīm. ⁊ si agnoſcerent ea ꝙ mandasti. Si em̄ inuenirē illos seruātes mandata tua: zelꝰ ꝺomus tue comederet me. Hec ille. Dixi secundo tangit interne aduertētie exꝓſſio: quod interrogantiū ꝓbat ꝓſumptio cum ſb̄dit. Reſponderūt ergo iuꝺei ⁊ ꝺixerūt ei: quod signū ostenꝺis nobis ꝙ hec facis. ꝙ iuꝺei viꝺentes christū eos cuꝫ ptāte ejjcere mirabant: vnde ſibi hec poteſtas ꝺata eſſet. Ideo poteſtatiſue ⁊ auctoꝛitatis signū ꝙrūt ꝺicentes. Qꝺ signū oñꝺis nobis. quaſi ꝺicerent. Non viꝺr̄ hꝰ eſſe tui officij: nec creꝺimus hoc tibi licere ꝙ tanta ptāte ⁊ auctoꝛitate nos expellis. iuꝺeis nanqꝫ familiare fuit signa querere. Juxta illuꝺ. i. Loꝛ. i. Juꝺei signa querūt. Et ꝑsal. lxxiij. Signa nostra non viꝺimꝰ ꝛc. quia per ea vocati fuerūt ad fiꝺem ⁊ ad legem Deute. vlt. Non surrexit vltra prophetā in isrl̄ vt moyses ꝛc. Et non querebant signa a christo vt crederent. ſcd quaſi ꝺeſperantes ꝙ signū facere non poſſ. et sic eum reprimerēt ⁊ impeꝺirent. Quia ergo praue q̄rebant non ꝺat eis signū apertū ſed occultū ſicut ſequit. Rñdit ih̄us ⁊ ꝺixit eis. Soluite templū hoc ⁊ in tribus ꝺiebus ſ̄ excitabo illuꝺ. Ubi ꝺominus prenūciat primo moꝛtem ſuam ꝺicens. Soluite ⁊ nō ſolue tur. ne intelligas moꝛtē eius naturalē. nec ꝺicit Solue ne intelligas ſeipſuꝫ occiꝺiſſe ſed ſoluite qꝺ̄ non est imperātis: ſed prenūciantis. i. ſoluetis vel permittetis: vt ſit ſenſus. Soluite. i. facite ꝛe corꝛe meo ꝙꝺ̄ vultis: illuꝺ vobis exꝓno. Ꝺicit etiā notanter ſoluite ꝙ in moꝛte christi aīma a corꝛoꝛe ſoluta est. aliter tamen illa ſolutio facta est ꝙꝫ illoꝝ qui ꝓ incineratōem ⁊ putrefactōnem ſoluunt quā christus nō ſenſit ꝑsal. xv. Nō ꝺabis ſcm̄ tuū viꝺere corꝛuptōem. Fuit tñ anima eius a corꝛe ſeparata Scḋo prenunciat ſuam reſurrectiōem ꝺicens. Et in tribꝰ ꝺiebus excitabo illuꝺ Non ꝺic̄: excitabitur vel excitabit illuꝺ pater. ſed ego excitabo. ꝙ ꝓpria ꝺ̄itate a moꝛtuis surrexit Nec tamen negat quin ꝓ̄ eum ſuſcitauit. ad Bal. i. Qui ſuſcitauit ih̄m a moꝛtuis. Et in ꝑsal. xl. Tu autem ꝺ̄ne miſerere mei ⁊ reſuſcita me. Nec est in hoc ꝺ̄rietas: ꝙ est eaꝺem ꝺ̄tas vtriuſqꝫ

Sciendum aūt est ꝙ ideo ꝺicit ꝛe ſua reſurrectione: quia in ea maxime apparet virtus et potentia ꝺiuitatis: quia puri hominis non est reſuſcitare. ſed ſolius christi ꝙ est inter moꝛtuos liber. Ꝺixerūt ergo iuꝺei. Quaꝺraginta ⁊ ſex annis est eꝺificatū. i. reeꝺificatum hoc templū. ⁊ in tribꝰ ꝺiebus ſ̄ excitabis illuꝺ. Hoc ꝺixerūt iuꝺei: ꝙ putauerūt christum ꝛe corꝛali tēplo hoc ꝺixiſſe ꝙꝺ̄ i tot annis fuit reeꝺificatū ſub Zoꝛobabel poſtq̄ꝫ reuerſi fuerunt iuꝺei ꝛe captiuitate. Uel templum ꝙꝺ̄ Salomon eꝺificauit. ⁊ ſeptimo anno ꝓpleuit. fuit eꝺificatum. xlvi. annis vt ꝺic̄ Oriḡ. vt numeꝛet tempꝰ ab eo ꝺie quo Dauiꝺ mentionē fecit ꝛe eꝺificatione templi conſulans ſup̄ hoc nathan ꝓpheta. ij. Regū vij. vſqꝫ ad ꝓſummatōem ꝑfectam per Salomon. Nā ex illo ꝺie Dauiꝺ cepit ꝑparare materiā ⁊ neceſſaria ad eꝺificatōem templi Et ſic hoc ꝺictuꝫ conſiꝺeret ꝙꝺ̄ extenꝺit ſe ad numeꝛꝫ. xlvi. annoꝝ. Ille aūt ꝺicebat ꝛe templo corꝛoꝛis ſui. Loꝛpus enī christi templū est. Cui⁹ rō est: ꝙ illuꝺ templū ꝺei ꝺicāt in quo ꝛe⁹ habitat. Pſal. x. Dñs in templo ſancto ſuo. Ideo anima ſancta ꝺ̄ templuꝫ. ꝓma ad Loꝛ. iij. Templū enī ꝺei ſanctuꝫ est quod estis vos. Quia igit̄ in corꝛe x̄pi ꝺiuinitas inhabitat. ideo templū vocāt corpus in quo habitat plenituꝺo ꝺiuinitatis nō ſolum ſm̄ animā ſed etiam ſm̄ corpus. Cum ergo reſurreꝛiſſet a moꝛtuis: recoꝛdati ſunt diſcipuli eius: ꝙ hoc ꝺicebat ꝛe corꝛe ſuo. ⁊ crediderunt ſcripture ⁊ ſermoni quem ꝺixit ihc̄us ante reſurrectiōem ſuam ⁊ paſſionē.

Hoc ꝙ nō intellexerunt ꝓpter duo. Prīo quia per hoc oñdebatur in ꝓpo diuinitas. Aliter enī cozp⁹ eius nō fuisset dictū tēpluz et hoc tunc tpis intelligere hūanam capacitatem excedebat. Scō qz in hoc fecit mentionem de passione ⁊ resurrectōne q̄ null⁹ discipulox adhuc audierat. Jō petrus alia vice audiens de eius passiōe scandalizat⁹ est: vt dr Math. xvi. Sz post resurrectōez q̄ñ sperunt eis sensum vt intelligerent scripturas. tūc plene cognouerūt eū esse dñm ⁊ hoiez et tunc recordati sunt: qz dicebat ō tēplo corporis sui. Et sic crediderūt scripture ꝓphar. Osee. vi. Uiuificabit nos post duos dies i die tercia suscitabit nos. Dixi tercio tāgit supne cōuersatiōis euidētia demōstrata qō credentiū ꝓbat ostensio cū sb̄dit. Cum aūt hierosolimis essz ihs i pasca in die festo ml/ti crediderūt in nomīe eius videtes signa q̄ faciebat. Sz d. cuiusmōi signa fuerūt hec cum hic de nullo legit. Dicendū ꝙ ml'ta fēcit ihesus tunc: licet euāgelista ñ scripserit ista. Nam euangeliste ml'ta scienter ptermiserunt de miracul' christi cū tot fecerit ꝙ non possent scribi ō facili. Ul' dicēdū ꝙ inter oia alia miracula maxim̄ fuit ꝙ vnus hō tāta ml'titudinē hoim solo flagello eiecit. Uisis hūjs signis vel h̄ signo multi crediderūt i eū

Ubi sciendū alij credunt ꝓpter signa vt isti. Et tales sunt grossiores q̄ qui ꝓpter solam doctrinā credūt sic discipuli xpi. Jō dr. i. Loz. xiij. Prophetie date sunt fidelibus et non infidelibz. Ipse aūt ihs non credebat seipm eis: id est sua secreta mysteria eis non reuelauit. sicut nec aplis Joh. xvi. Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. i. Loz. iij Nō potui vobis loq̄ quasi spūalibus sed quasi carnalibz. Et ī euāgelista signāter dicit In nomīe eius. in q̄ ostendit imꝑfecte eos credere. Et ideo non dic̄ ꝙ crediderūt in eum. quia nō dum credebant in eius diuinitatē. sed dicit in noīe eius. q. d. Illud qō de eo nominetenus dicebat. scilicz ꝙ sit iustus ⁊ hmōi. Et isti ſm Aug. gerunt typum cathecuminoz. quibz licet credant. tñ corpus christi eis nō datur. Qō sic nēo conficit nisi sacerdos ꝓsecratus. ita nēo recipere illud debet nisi fuerit baptisatus. Subdit. Eo ꝙ ipse nosset omēs. et quia opus ei non erat vtqs testimoniū phiberet ō homīe ipse enim sciebat quid essz in homīe. Ubi sciendum ꝙ rō quare se eis nō credebat est: quia ipse perfecte cognouit eos. Jō dictuz ē Eo ꝙ ipse nosset eos. ⁊ h̄ p potentiā dīnitatz Ecc. xxiij Oculi dñi sunt lucidiores sup solem circūspicientes oēs vias hoim ⁊ pfūdū abissi ⁊ hoim corda intuētes in absconditas partes. Licz enī homies cognoscāt: aliqs tñ nō certā cognitōem habere potest de eis: qz homo nō videt nisi ea q̄ apparent. deus aūt intuetur cor. i. Reg. xvi. Ideo non opus est christo testimonio alioz cum certissime cognoscat p cordis intuitōem. Ideo dictum ē Et opus ei non erat vt testimoniū quis perhiberet de hoīe. imo ipsemet est test' Job. xvi Ecce in celo testis meus et conscius me⁹ in excelsis. Christus etiam cognitōem ñ solum ad exteriora ostendit. ideo addidit: eo ꝙ ipse sciret quid esset in homine. i. occulta cordis. Prouer. xv. Infernus ⁊ pditio coram dño. quanto magis corda filioz hominū. Scire enim ea que sunt in corde homis est soli⁹ dei qui solus corda plasmauit: non enīz indigebat testibus vt ꝓpriozum plasmatū mentes addiscat. Plus etiam artifex nouerat quid esset in opere suo q̄ ipsum opus quid eēt in semetipso. Nam petrus nō nouerat q̄d in ipso erat q̄ñ dixit. Tecum ero vsq̄z ad mortem Sed dñs nouerat q̄d esset in homīe dicens Prius q̄z gallus cantet: ter me negab. Qua ꝓpter ſm Bedam monemur vt nunq̄z de conscientia nostra securi simus: sed semp solliciti formidemus. quia quod nos latet eternum arbitriū latere nō valet. Confiteamur ergo plura ⁊ maiora peccata habere q̄z nosse putamus. vt maiorem q̄z credimus gloriam consequamur. Nota dicit in textu. Eiecit de templo oues ⁊ boues ⁊ numulariozuz effudit es. Pro quo sciendū multa genera hominum ejicientur de templo dei et de regno celi Primo ejicient superbi q̄ intelligūt per boues qui cornibz potentie alios feriunt Psal. c. Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiam. Dan. iij. Nec est interpratio sententie altissimi que peruenit sup dominū meum regē. ejicient te ab hominibus et cum bestijs erit habitatio tua. id est cū de monibz. Psal. lxxij. Ne tradas bestijs aias confitentiū tibi. Et sic lucifer ejectus ē de celo Ezech. xxviij. Ejeci te de mōte sancto dei et perdidi o cherub. Isa. xiij. Quō ceciditi de celo lucifer qui mane oriebaz. Et luc. x. Uidi sathanā quasi fulgur cadentē de celo. Scō ejicient auari q̄ intelligunt p numularios Dicre. viij. A minimo vsq̄ ad maximum oēs studēt auaricie. Et tales ejiciunt

Feria tercia post Letare

prima ad Corinth. vi. Auari regnū dei possi
dere non pñt. Jō ait hiesus discipulis suis
Lu. xiiij. Nisi q̄s renunciauerit oibus que
possidet non pōt me⁹ esse discipul⁹ Et math.
xix. Quā difficile q̄ pecuniā amat regnū dei
possidet. Jdeo luc. xij. Cauete ab omni aua
ricia. quia nō in abūdantia cuiusq̄ vita ei⁹
est ex hijs q̄ possidet. Tercio luxuriosi q̄ in/
telliguntur p colūbas q̄ est auis libidinosa
Quod figurat̄ Nūe. v. Omis leprosus eij/
cietur de castris: ⁊ q̄ semine fluit pollutusq̄
est sup mortuo. Et. i. Cor. vi. Fornicatores
adulteri ⁊ auari regnū dei possidere nō pñt
Jō math. xxij. Jn resurrectōe neq̄ nubēt ne
q̄ nubent̄. sz erūt sic̄ angeli dei i celo Quarto
hypocrite q̄ p oues intelligūtur q̄ exteri⁹ ap
parent in pellib⁹ ouiū Mat. vij. Jntrinsec⁹
aūt sunt lupi rapaces. Jbidem. xxiij. Ue vo
bis scribe ⁊ pharisei hypocrite. qz sil'es estis
sepulcris dealbat̄ ⁊c. Jdeo Apoc. xxi. Nihil
coinquinatum intrabit ⁊c. Et ibidem. xxij.
Foras canes venefici impudici. homicide: ⁊
idolis ꝟuientes. Oms tales excōicati extra
palatiū regni dei eijciunt̄. O btūs qui ibi n̄
eijcitur. Psal. lxxiij. Beati q̄ hitant in do. t.
dñe. Ratio Thob. xiij. per omnes vicos ei⁹
cantat̄ all'a. Sz dānati erunt excōmūicati
Nam sicut excōmunicatis nō pticipamus
in locutōe in diuīo officio nec in salutatōne
nec in comestiōe. Sic boni nō pticipabunt
malis in quattuor. Prīo in locutōe: qz faci
es eoꝝ auerse erunt ab eis Psal. xliij. Auer/
tisti nos retrorsum post inimicos nr̄os. Et
Lu. xvi. Magnū chaos firmatū ē iter nos
et vos. Scdo nō in diuino officio. Jsa. lxv.
Serui mei laudabūt me pre exultatiōe cor
dis: ⁊ vos clamabitis p̄ dolore cordis et pre
contritione spūs vlulabitis. Tercō nō in sa
lutatione. qz salutē nō optabunt eis Psal.
lvij. Letabit̄ iustus cum viderit vindictaz.
Quarto nō in mēsa Jsa. lxv. Serui mei co
medent: vos aūt esurietis. et ꝟui mei bibent
et vos sitietis.

Feria tercia Sermo LIIII

Scendit ihe

sus in templū Joh. vij. Cō
suetudo est boni serui si offen/
dit dominum placat eū precib⁹. Spūaliter
nos offendim⁹ deū pctis nostr̄ Jō dēm⁹ cur
rere ad dñm placādo eū precib⁹ nostr̄ Hoc
agit eccl'ia in introitu Exaudi deus orōnem
meam ⁊ ne despexer̄ depcationē meā intende
in me ⁊ exaudi me. Sil'r i collc̄a. Sacre no
bis q̄sumus dñe obꝟuatōnis ieiunia pie cō
uersationis augmentū ⁊ tue ꝓpiciatiōis cō
tinuū prestent auxiliū. Sz q̄ sacerdos tene
tur orare pro ppl'o notū est ⁊ figurat̄ Exodi
xxxij. Moyses orauit p ppl'o q̄ peccauit in
adoratōe vituli. vt ptz in epl'a. Et christus
ver⁹ sacerdos ꝟm ordinē melchisedech ascen
dit in templū materiale ad docendū. et in tē
plum eternale p nob̄ interpellandū. vt ptz i
hodierno euāg. cū d̄r Ascēdit ihs i tēplū ⁊c.

Jn summa euangelij tria innuunt̄. Prīo
doctrine christi origo de supernis. qd̄ missio
probat paternal'. ibi. Jam die festo ⁊c. Se/
cundo tangit̄ turbe abiectio de internis. qd̄
solutio ꝓbat saluatoris. ibi Nonne moyses
dedit vob̄ legem ⁊c. Tercio ponit̄ eēntie xp̄i
origo de occultis qd̄ transmissio ꝓbat super
nalis. ibi. Dicebant ergo q̄dam ex hieroso/
limis. De p̄mo dicit. Jam die festo median
te ihesus ascendit in templū. Ubi sciendū
q̄ christus volens sue doctrine originē oñde
re. Primo ponit eiusdē doctrine tps ⁊ locū
et admirationē turbaꝝ. Temp⁹ q̄dem dum
ait Jam die festo mediāte: i. cū illi⁹ festi tot
dies remāsissent quot effluxerant. Unde cū
per septem dies illd̄ festū agebat̄: d̄r hoc fu/
isse quarto die. Jdeo aūt in medio festi ascē
debat: qz in p̄ncipio omēs magis intēti sunt
hijs q̄ festi sunt. Boni quidē ad cultum dei
alij vero ad vanitates ⁊ lucra. Sz circa me/
dium tps christus ascēdebat: vt hij q̄ in p̄n
cipio festi ea q̄ festi erāt expediebant: magis
parati essent ad doctrinā audiendā. Locus
aūt doctrine tangit̄ cū d̄r in templū: quod ē
locus aptus ad sanam doctrinā ⁊ ꝯueniens
doctrine xp̄i sanctissime. Jsa. ij. Uenite ascē
damus ad montē dñi ⁊ ad domū dei iacob.
Jtem vt oñderet se docere veritatē que calū
niari nō pōt. iō ascendit in tēplū. Joh. xviij
Ego in occulto lo. sū nihil. Admiratōez v̄o
turbaꝝ ponit cum d̄r. Et mirabantur iudei
dicentes. Quō hic lr̄ās scit cū non didicerit
Sciebant enim ihm esse filiū paupis mlie
ris: ⁊ vt putabāt filiū fabri qui de labore suo
viuebat. Un̄ probabile videt̄ quia ihs etiā
de labore suo viuens nō insisteret studio lit
terarum sed potius operi manuali. ꝟm illud
psal. lxxxvij. Paup ego sum ⁊ in laboribus
a iuuentute mea. Et ideo cū audierunt euz
docere ⁊ disputare mirabant̄ dicentes Quō
hic lr̄ās scit. q̄si dicerēt. miramur quomodo

scit legem cum nemo scire eam valeat nisi q̄ legem legat. Nemo autem legem legere valet nisi litteras sciat. Dic autem lr̄as nō dicit. ideo mirandū est vnde nouerit legem. Hac tn̄ & cā mirabant fm Glo. qz nemo intelligebat eū esse legis auctorē & dominuz. Qui si credere voluissent nequaq̄ mirarentur si ille legē nosset qui legem dedisset. Origo spūalis doctrine ponit cum sbiungit. Respondit eis Jh̄us & dixit. Mea doctrina nō est mea: sed eius q̄ misit me. q. d. Ista doctrina que est mea approbatiue & sbiective nō est mea. scz p exercitiū acq̄sitionis humane sed eius qui misit me. id est data est mihi a patre. quia licz filius fm naturā diuinā habeat eandē sciam cū patre. tn̄ habet eam ab ipo patre. Scōm ho naturā hūanā hz aliā scientiā. s. creatam nō tamē habz eam p exercitium acquisitōis hūane sed ab infusōne cōceptionis infusam. sic & soluta est q̄stio qua querebant. Quomō hic lr̄as scit. Vl aliter si dixisset. doctrinam quā ego doceo non est mea: nulla essz questio. Sed q dicit: doctrina mea nō est mea videt contradictō em implicare. Sed h̄ soluit sic: qz hoc esse dicitur multipl'r. Ratō: quia sua doctrina aliq̄ mō dicitur sua. aliquo modo nō sua: Si enī intelligatur de christo filio dei: sic cuz doctrina vnius cuiusq̄z nihil aliud sit q̄z verbum eius filius aūt dei cum sit verbū patris. sequitur ergo q doctrina pr̄is sit ipse filius. Istud autē verbū est suū ipsius per identitatem scientie. est aūt non suū p originē. Uel qz nō est verbum nullius: sz alicui⁹. Unde Aug⁹. dicit hic q breuiter vidz dixisse. mea doctrina nō est mea Ac si diceret. Ego nō sum a meipso In quo heresis sabelliana confundit qui dicere nisi sunt ipsum esse filiū q̄ est & pater. Vl mea doctrina quā ego pnuncō verbo creato non est mea sed ei⁹ qui misit me patris. id ē non est mihi data a meipo: sed a patre meo quia etiam cognitiōem filius p eternam generationē habz a patre. Mat. xi. Omia tradita sunt mihi a patre meo. Si vero intelligatur de christo filio homis. Tunc dic mea doctrina quā ego habeo fm animā creatam et pfero ore corpis nō est mea. id est nō est mihi a meipso sed a deo: qz ome verū a quocunq̄z dicatur a spūsancto est. Sic ergo fm Augustinū de trini. fm illud qd dixit: doctrinam suā. & fm aliud quod dixit eam nō suā dixit eam fm formam dei suaz: et fm formā serui non suam. Ex quo patet exemplum q

omnem modū cognitionis cū gratiaz actiōne recognoscamus esse a deo. i. ad Corit. iiij. Quid habes quod nō accepisti. Si autem accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis Subdit. Si quis voluerit voluntatez ei⁹ facere cognoscet de doctrina vtrum ex deo sit an ego a meipo loquar. Ubi probat doctrinam suā esse a deo. primo ex iudicō recte sentie. Ubi sciendū iudicio illius standū est an aliquis bene operet in arte aliqua qui est expertus in arte illa. sicut an aliquis bñ loquatur gallicum est standū iudicio eius qui est peritus in lingua gallica. Scōm h̄ ergo dicit dns illius iudicio standū esse an doctrina mea sit ex deo qui est expertus in rebus diuinis. Talis enīz recte potest de hijs iudicare. i. Cor. ij. Animalis homo nō percipit ea que sunt spūs dei &c. Spūalis autez iudicat omnia & ipse a nemie iudicat. Et qz vos alienati estis a deo. ideo nō cognoscatis de doctrina vtrz ex deo sit Sz si ds voluerit voluntatē eius. i. dei facere. iste pōt cognoscere vtrz doctrina hec sit a deo an ego a meipo loquar. Iste quidē a seipso loquit qui falsū dicit. Qz sicut dr Joh. viij. Qui loquit mēdacium ex pprijs loquit Ideo sequit. Qui a seipso loquit: gliam ppriam querit. q aūt querit gliaz eius qui misit illū hic verax est et iniusticia nō est in illo. Probat id ex sua intentione. & ponit duplicē intentionez per quam intelligit duplex origo doctrine. dcm est enī aliquos loqui nō a se Loquit autez non a se quicūq̄z studet loqui veritatē. Omnis enī cognitio veritatis ab aliquo est. per modū quidem discipline a magistro. p modum vō reuelatōis a deo: sed p intentionez a rebus. ad Ro. i. Inuisibilia enī dei a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. Quocūq̄z ergo istoz modoz cognitio aliqua habeat non est hominum a se Ac se aūt loquit qui ea que dicit nec ex rebus nec ex reuelatōe: nec ex doctrina hūana accepit: sed de corde suo. Hiere. xxiij. Visionem cordis sue loquūtur nō de ore dñi. Et Ezechiel. xiij. Ue pphetis insipientibus q̄ sequūtur spiritū suū & nihil vident. Sic ergo confingere aliq̄d ex se sit ppter hūanam gliam Quia dicit Crisost. Qui aliquā ppheticaz vult instruere doctrinā ppter nihil aliud h̄ vult q̄z vt gliaz acquirat Et hoc est qd dns dicit pbans doctrinā suam a deo qui a seipso loquitur de certa cognitiōe veritatis q̄ est ab alio. Iste querit gliam pphanam ppter

quam et ꝓpter ſuꝑbiam hereſes et falſe opiniones introducũtur: ⁊ cõpetit antıχpo ij. Thes. ij. Qui aduerſat ⁊ extollitur ſupra omne qđ dicit̃ deus. Qui aũt querit gl'iam eius qui miſit illũ ſic ego quero Joh'is. viij Ego gl'iam meam nõ quero ⁊c. hic verax est quia doctrina mea cõtinet ⁊ritatem. ⁊ iniu ſticia in me non ẽ. qz alteri⁹ gl'am nõ vſurpo Et vt dic̃ Aug. Magnũ nobis prebuit hu militat̃ exemplũ: dum habitu inuẽt⁹ vt hõ Querit gl'iam patr̃ ſui: nõ ſuam. qđ ⁊ tu hõ facere debes. qñ aliquid boni facis gloriam tuam q̃ris. qñ aliquid mali reo calumniam inferre meditaris. Patz aũt ꝙ gl'iam ſuaz ñ querebat: qz ſi fuiſſz adulat⁹ ꝓncipibꝫ ſacer/ dotum: nõ fuiſſent ipſum ꝑſecuti. Sic er/ go chriſt⁹ ⁊ q̃cunqz gl'iam dei q̃rit: hz quãdã intra ſe dei cognitiõem Math. xxij. Magi ſter ſcim⁹ qz verax es. Et ideo dic̃ hic: verax est. In affectu aũt hũit rectaz intẽtionẽ Uñ dicit. Et iniuſticia nõ est in illo. Iniuſticia enim est ꝙ vn⁹ vſurpat ſibi honorẽ alienũz. Gl'ia aũt ꝓprie ſoli⁹ dei est. qui ergo q̃rit ſibi gl'iam exhiberi iniuſt⁹ est. Dixi ſcđo tangi tur turbe abiectio de internis: qđ ſolutõ pro bat ſaluator̃. Nonne moyses dedit vob legẽ et nemo ex vobis facit legẽ qui me q̃ritis in terficere. q. d. Qui vult aliũ ſine cã ſiue ſine iuſſu dei interficere ille facit ꝫ legem moyſi. Exo. xx. Non occides. Potuiſſent enĩ chri ſto dixiſſe. Jõ doctrina tua nõ est a deo: quia ſabbatũ ſoluis. ſm illud Joh. ix. Non ẽ iſte homo a deo qui ſabbatũ non cuſtodit. Hoc volens excludere ꝑmo excuſat ſe ex parte ac cuſantium. q. d. Dico vt vos dicitis: ꝙ do/ ctrina mea non ſit ex deo: quia legẽ nõ ſeruo ſabbatũ ſoluens. tñ vos nõ habetis ptãtem me accuſandi cuz ſitis in ſimili delicto. Uñ dicit. Nonne moyses dedit vob legẽ: et nẽo ex vobis facit legem. Act. vij. Accepiſt̃ legẽ in diſpoſitõe angelor̃ ⁊ non cuſtodiſt̃ Act. xv. Ut quid temptatis deũ imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulor̃: qđ neqz nos neqz pres noſtri portare potuimuſ Si ergo vos nõ ſeruat̃ legem. quare ꝓpter tranſgreſſiõez ei⁹ vultis me interficere. Non eniz ꝓpter hoc feciſtis: ſed ꝓpter odiuz. Aliqñ ſi pro pter zelum legis feceritis ipſi vos ſeruaret̃ eam Sap. ij. Turbũ eniam⁹ iuſtũ qm̃ inuti lis est nobis ⁊ contrari⁹ est opibus noſtr̃: et morte turpiſſima condemnem⁹ eũ. Seq̃tur iniqua reſponſio turbe. Rñdit turba ⁊ dix/ it: demoniũ habes quis te querit interficere. quaſi diceret. Nos nõ ꝓueniem⁹. ⁊ in hꝭ mẽ ciuntur. qz q̃rebãt morte ei⁹ ſic̃ poſtea effectu oñderunt. Gloſa Remigij. O ſcel⁹ inexpia/ bile o blaſphemia neqz in hoc ſeculo: neqz in futuro dimittenda. Nam peius fuit hoc dicere q̃z chriſtũ occidere. Et nanqz di/ cebant demoniũ hẽs cuz tñ ſolo imperio de monia expellebat. Obdurande eſſent aures ad tam ſceleſtã ꝓtumeliã niſi ipſi⁹ dñi addi ſcerem⁹ hꝛe patiam. neqz enim a furioſis tur bat̃ ipſe hec audiens turbat⁹ est. ſz in ſua ve ritate tranquill⁹ ꝑmanẽs nõ reddidit malũ ꝓ malo nec maledictõem ꝓ maledictione Quibꝫ ſic rñdere potuiſſet ⁊ dixiſſe. vos po tius demoniũ habetis. quia niſi pleni demo/ nio fuiſſet̃ tam ꝑuerſe deo loqui ñ potuiſſetz Idcirco rñdit eis ꝓ rõnem dicẽs. Unũ op⁹ feci ⁊ oẽs miramini. q. d. ſm Remigiũ Si tantũ miramini in ſanatõe vni⁹ hois: quan tum mirare mini ſi omĩa opa mea videret̃. an non legiſt̃ dictuz patr̃ mei. omĩa in ſapi entia feciſti: que est ſapientia patr̃ niſi fili⁹. Bonã eniz rem fecerat qñ ſanauerat in ſab/ bato paraliticũ qui. xxxviij. ãnis decũbebat. Et turbati ſunt: qz nõ intelligebãt eum au ctorem et dñm eſſe ſabbati. nec deſtruxerat ſabbatũ hoiem in eo ſanando. qz ꝓpter ſalu tem omniũ hominũ ſabbati cuſtodia data ẽ Propterea moyſes dedit vobis circũciſiõez non qz ex moyſe est ſed ex patribꝫ. ⁊ ſabba/ to circũcidit̃ hoiem. Si circũciſionez acci pit homo in ſabbato vt nõ ſoluatur lex moy ſi. vt quid mihi indignamini. quia totũ ho minẽ ſanũ feci i ſabbato. In q̃bus ꝙbis du pliciter eos arguit. Primo licz in humanis legibꝫ poſteriora preiudicent prioribꝫ. tam̃ in diuinis ꝓra ſunt maioris autoritat̃. Et ideo preceptũ factũ abrae de circũciſione nõ preiudicat ꝓcepto moyſi ꝺ obſeruatõe Mul to ergo min⁹ preiudicat mihi qui facio qđ diſpoſitũ est a deo añ mundi conſtitutõem de ſalute omniũ in ſabbato. Secundo quia iudei mandatũ hẽbant vt nihil operent̃ in ſabbato. ⁊ tñ opabant̃ ea q̃ ad ſalutẽ ptice/ lares erãt. Dicit ergo. ſi vos licz mãdatũ ha betis nihil operari in ſabbato circũciſionez accipit̃ ipſo die. que est q̃dam ptic̃ular̃ ſal⁹ quia in particulari mẽbro fit. et hoc facitis. et vt ſic ſeruet̃ lex moyſi. ex quo ptz ea q̃ ad ſalutẽ ptinent i ſabbato ꝑmittenda non eſſe. Ergo multo mag⁹ debet hõ facere ipſo die ea q̃ ſunt ad vniuerſalẽ ſalutẽ. non ergo debetis mihi indignari. qz totũ hoiem ſaluũ

feci in sabbato. quia vt dicit glo. curatus est vt sanus esset in corpe et crediderint vt sanꝰ esset in aia Et q̄ ōz: propterea moyses dedit vobis circūcisionē ⁊c. hoc exp̄esse non legit nisi Exo. xij. vbi hz. Omis seruꝰ empticius circūcidetur. non tñ ea dixit quasi aliud instituens: qz nō ipse p̄mꝰ accepit circūcisiōis mandatū. sed abraam vt hētur Gene. xvij. vbi ei dictū ē a dño. Circūcidetur ex vobis omne masculinū: ⁊ circuncidetis carnē p̄e putij vestri vt sit in signū federis inter me ⁊ vos Jō ōz: non quia ex moyse ē sed ex p̄ib⁹ Et sequit Nolite iudicare fm faciem sz fm iustū iudiciū iudicate. Ubi dicit eos ad iustum iudiciū sui ⁊ doctrine sue si q̄ sit a deo recte ꝓsiderēt. q. d. Nolite attendere ad illō quod non ptinet ad rem. q̄ fit q̄si amoz vl odiū attendit. ꝓpter que aliq̄n plꝰ q̄z ꝓpter veritatem iudicatis. sed iustū iudiciū iudicare. i. ⁊ doctrina mea et factis meis iudicate fm naturā rei in se. Et tunc inuenietꝭ q̄ doctrina mea est a deo fm veritatem. Ubi sciendū q̄ iudicare fm faciē intelligit dupl'r Nam iudex iudicat fm allegata ⁊ pbata. i. Re. xvi. Homines vident ea q̄ parent: deus aūt intuet cor. sed in hoc p̄t esse deceptio. Jdeo dicit Nolite iudicare fm faciē. i. fm illud quod statim apparet. sz diligenter inq̄rite rei veritatez. Job. xxix. Causam quam ignorabā diligenter inuestigabā. Uel aliter Nolite iudicare fm faciez. i. nolite accipe p̄sonam in iudicio. Doc enī pḥibitū est Leuit. xix. Non consideres p̄sonaz paupis in iudicio. iuste iudica ꝓximo tuo. Accipe aūt p̄sonam in iudicio ē p̄etermittere iustū iudiciuz ꝓpter amoꝛē seu reuerentiā seu timorem aut conditōnem p̄sone q̄ non faciūt ad cām. Dicit ergo. Nolite iudicare ⁊c. Nam quia moyses apō vos hūit maioꝛē gl'iam q̄z ego. nō ergo ex p̄sonaꝛ dignitate ferat⁹ sententiā. sz a reꝛ natura: qz ea q̄ ego facio maioꝛa sunt q̄z ea q̄ fecit moyses. Sz notandum fm Aug. q̄ ille nō iudicat p̄sonal'r qui equaliter diligit. Nā enī cuz homies diuerso mō cū suis ḡdibꝫ honoꝛam⁹: timenduz ē ne p̄sonā accipiā⁹. Dixi tercio ponit esse nte christi origo ō occultis: qđ transmissio p bat supnalis di. Dicebat ergo quidā ex hierosolimis. Nōne hic est quē querūt interficere. Ecce palā loquit ⁊ nihil ei dicūt Nunquid vere cognouerūt p̄ncipes qz hic ē christus. sed hūc scim⁹ vnde sit. christꝰ aūt cū venerit nēo scit vñ sit Ubi circa originē christi vocent⁹ p̄mo ponit dubiū. Circa q̄ō sciendū q̄ ml'ti de ppl'o sciebāt p̄ncipes q̄rere mortez christi. Et iō cū vidissent eum palā vocētez et p̄ncipes arguentē. ⁊ ipsos ei nō cōtradicere: crediderūt fortius ipsum esse christum trahentes argumentū ex facto p̄ncipū qui non capiebāt eū cum tñ primo ad mortē q̄rerent eū: quasi ipsi p̄ vero ⁊ de nouo hēnt: q̄ ipse esset vere christꝰ eis p̄missus. ⁊ iō ab eius p̄secutōe cessassent. Jdeo dicebā t q̄dā ex hierl'umis Jsti enī meliꝰ sciebant malicias p̄ncipū q̄z aliq̄ qz manebant cū eis in eadē ciuitate. Nōne hic ē quē querūt interficere toto conatu suo Joh. v. propterea p̄sequebā tur cū iudei. i. p̄ncipes. qz hec faciebat i sabbato. Dañ. xiij. Egressa est iniq̄tas a senioribus ppli. Ecce nūc palam loquit cōtra eos vt patz. Nemo ex vob legez facit. ⁊ tñ nihil ei dicunt ⁊ ipsum nō capiunt. qz repressi fuerunt diuina virtute. Dec est enim p̄pria dei virtus q̄ maloꝛ corda ab impetu sue malicie reprimit Prouer. xvi. Cum placuerint dño vie homis inimicos q̄z ei⁹ cōuertit ad pacem. Et alibi. Cor regū in manu dei. Apparet etiam in h̄ veritas fmonū christi ⁊ falsitas principū. Cum em̄ deus diceret. quid me queritꝭ interficere. Negauerūt dicentes: demonū habes. quis q̄rit te interficere. Sz quod p̄ncipes negabāt isti confitētur. ⁊ sb diderunt. Nunq̄d ve cognouerūt p̄ncipes quia hic est christꝰ. quasi dicerent. videtur q̄ sic: eo q̄ desistunt ab ei⁹ p̄secutōe. Uerūtamen qz non hēbant certitudinē: sed tantum opinionē. iō etiā arguebant ad contrarium dicentes. Sed hūc scim⁹ vñ sit. qz patriā ei⁹ scim⁹ ⁊ gen⁹. quasi h̄ mō arguentes. Xp̄s ōz hze occultā originē sz iste hz originē mānifestam. igit non ē christꝰ Jn quo apparet eoꝛ amentia. quia supposito etiaz q̄ p̄ncipes crederent christo. non tñ coꝛ sententiaz ferūt sed aliā corruptaz p̄tulerunt. Sed cū dicat tñ ōz Michee. v. Et te bethleem mihi egredietur qui sit dñator in isrl'. Herodes aūt nesciuit locū natiuitat⁹ ei⁹ ⁊ iudeis sibi dicētibus: quare tūc dicūt. Cū christus venerit vnde sit nemo scit. Dicenduz q̄ hoc hūit ex verbo Jsa. liij. Generatōez ei⁹ q̄s enarrabit. Sic ergo ex ꝓphetis hūit vnde sit fm hūanam originez. ⁊ ex eis hūit q̄ eum nesciāt vñ sit fm diuinā generatōez. Consequenter ponitur secundo ipsi⁹ vocentis origo cuz sb ditur Clamabat ergo ihs vocens in templo ⁊ dicēs. Et me scitis ⁊ vñ sum scitis. id ē me

Feria tercia post Letare

noscitis ꝑm faciem. vnde sim. s. patriam me
am scitis. Etiam hoc dixit quantum ad eiꝰ
originem. Et nota ꝙ clamor quādoqꝫ im
portat turbulentiā animi interius concita/
ti. et talis clamor non competit christo. De
quo Isa. xlij. Non clamabit neqꝫ accipiet ꝑ
sonam neqꝫ audiet̄ vox eius foris. Eccl's. xij
Uerba sapientū sicut stimuli. Qñqꝫ impor
tat magnitudinē deuotionis. ꝑm illud psal.
Ad dñm cum tribularer clamaui ⁊c. Quā
doqꝫ ꝟo magnitudinē dicēdoꝝ. ꝑm illd̄ ysa.
vi. Seraphi clamabāt alter ad alteꝝ. Pro
uerbioꝝ. viij. Nunquid nō sapientia foris
clamitat ⁊ prudentia dat vocem suam. Et
sic p̄dicatores clamare monētur Isaie. lviij.
Clama ne cesses quasi tuba exalta vocē tuā
Subiungit̄ etiam quātum ad diuinam
eius generatiōem ꝑm quam erat eis ignotꝰ
Et a meipso nō veni sed est verus q̄ me mi/
sit quem vos nescitꝫ. quasi diceret. Ante fui
ꝑm diuinitatē q̄ꝫ in mundū veni ꝑm huma
nitatem Joh. viij. Anteqꝫ esset mūdus ego
sum. Alias non ꝯueniret ei venire nisi ante
fuisset. Et cum hocipso ꝙ venit non venit a
seipso sed a patre qui eum ꝓmisit mittere.
Exod. iiij. Obsecro domīe mitte quē missu
rus es. Isaie. xix. Clamabunt ad dominū a
facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et
propugnatorē qui liberet eos. Ideo seq̄tur.
Sed est verus qui misit me. quasi diceret.
Non ab alio sed ab eo q̄ ꝓmisit ⁊ ꝓmissum
impleuit. quia verus est ad Ro. iij. Est aūt
deus verax. et ideo docet me veritatē loqui:
quia a vero missus sum quē vos nescitis qꝛ
deum animo vero nemo vidit. Joh. i. Deū
nemo vidit vnq̄ꝫ. Et per consequēs me non
cognoscitis cum sim filiꝰ eius natural' equa
lis ei in natura diuinitatis. Ego scio eum
quia ab ipso sum ⁊ ipse me misit. ⁊ si dixero
quia nescio eum: ero similis vobis mendax.
Uñ sciendū ꝙ omnes homīes vident eū
vt dicitur Job xxxvi. sed tamē diuersimode
quia homīes in vita ista vident eū per crea
turas Ro. i. Inuisibilia dei a creatura mun
di per ea que facta sunt intellecta cōspiciūt̄
p̄ma ad Cor. xiij. Uidemꝰ nunc per specl'm
et in enigmate tunc aūt facie ad faciem. An
geli vero ⁊ beati in patria vident euꝫ imme
diate per essentiā. Math. xviij. Angeli eo/
rum in celis semp̄ vident faciem patrꝫ mei
⁊c. p̄ma Johis. iij. Uidebimꝰ eum sicuti est
Math. xi. Nemo nouit patrem nisi filius
Filius enim dei videt eum excellētius om/
nibus. s. visione comprehēsionis. Johis. i.
Deū nemo vidit vnq̄ꝫ. sic scꝫ comprehēden
do velut vnigenitꝰ filius ⁊c. Et de hac visio
ne loquitur hic dicēs. Ego scio eum. scꝫ no
ticia comp̄hensionis. Item nota ꝙ omīs
cognitio est ꝑ aliquā similitudinē cū nihil
cognoscatur: nisi ꝓut similitudo cogniti est
in cognoscente. Omne aūt quod ꝓcedit ab
aliquo habet eius similitudinez a q̄ ꝓcedit
Unde omnes deū cognoscētes ꝑm diuersuꝫ
gradum processionis eoꝝ: hñt diuersimode
cognitōem eius. Anima ergo rationalis dei
cognitōem habꝫ ꝑm quod sil'itudiez eiꝰ par
ticipat. imperfectiori quidē modo ab alijs
creaturis intellectualibus. Angelus autem
quia expressiorem dei similitudinē habꝫ: cū
sit signacl'm sil'itudinis eius manifestiꝰ deuꝫ
cognoscit. Filius ꝑfectissimā dei sil'itudinez
habet cū eiusdem sit essentie ⁊ virtutis cum
ipso. ⁊ iō ꝑfectissime eū cognoscit. Jō dicit.
Sed ego scio eum inq̄ꝫtum. s. cognoscibil' ē
Cuiꝰ ratio est: qꝛ ab ipo sum. quasi diceret.
Habeo eandē nature essentiā cū ipso ꝑ con
naturalitatē. Unde sic ipse perfecte se nouit
per essentiā suam. ita ⁊ ꝑ eandem essentiam
ego scio eū perfecte. Sꝫ vt ne referatur hoc
ad missionem qua venit in mūdum. Igitur
continuo sbiecit ⁊ ipse me misit. ita ꝙ p̄mū
scilicꝫ ego scio eum: quia ab ipso sum. refera
tur ad christi diuinitatem. sed scd̄m scꝫ. Et
ipse me misit: ad eius hūanitatē. Sꝫ ꝙ ait.
Si dixero nescio eum: illud introduxit pro
pter duo Nam creature intellectuales sciūt
eum: sꝫ de lōge ⁊ imꝑfecte. quia vnusquisqꝫ
intuetur euꝫ ꝓcul. Job. xxxvi. Ueritas em̄
diuīa excedit omnē cogn itōem nrām. Qui
cunqꝫ ergo deū cognoscit potest absqꝫ mēda
cio dicere quia nō cognoscit eum inquātuꝫ
perfecte cognoscibilis est. Filius autē deum
patrem perfectissime cognoscit: sicut perfe/
ctissime se nouit. vnde non potest dicere:
nescio eum. Secundo quia cognitio dei: et
maxime que est per grām potest perdi. sicut
dicit illud Psal. cv. Obliti sunt deum qui
redemit eos Unde possum dicere: nescio q̄ꝫ
diu sum in vita ista: quia nemo scit vtrum
amore vel odio dei dignꝰ sit Eccs. ix. Filius
autem inamissibilē noticiam habet de patre
Uñ non pōt dicere: nescio eum. In h̄ autez
ꝙ dicit: ero similis vobis mendax. debet ibi
accipi similitudo per ꝯrium. non enī mēda
ces essent si dicerēt se nescire deū: sed potius
si se dicerent deū cognoscere cum eū ignorēt

Si aũt chriſt⁹ ſe eũ non noſſe diceret cũ eũ noſcat eſſ3 mẽdax. Eſt ergo ſenſus ꝙbi. Si dixero neſcio. id eſt non ſcia: ero ſil'is vobis mendax q̃ dicatis vos cognoſcere eũ cum tñ ipm ignoratis. Querebant ergo eu3 apprehendere ⁊ nẽo miſit in illũ man⁹: qz nondũ venerat hora ei⁹. Propter hẽ enĩ q̃ dixit eis ihs quẽ vos neſcit⁹: irritati ſunt iudei cu3 ſi mularẽt eũ ſcire. ⁊ iõ q̃rebãt eũ apprehẽdere ad occidendũ. Sic hodie ꝓtingit qñ mali de ignorantia notãtur ſiue accuſant tã gui ter ferũt. ⁊ tanto magꝭ irritãtur q̃to grauiꝰ indignãt. Sz tñ ecõtra alĩq xp̃m i ſe hñtes querũt pie ipſuz adhuc apprehẽdere. Lañ. vij. Aſcendã in palmã ⁊ apprehẽdã fructuſ eius. Uñ apl's ait. Sequor autẽ ſi quo mõ apprehendã. Et ſciendũ q̃ nõ miſerũt manus in illuz ad occidendũ. Primo qz ꝑtute diuina ſunt repreſſi. qñ volũtas nocendi eſt vnicuiq3 a ſe ſed nocendi ptãs eſt a deo. Uñ Job. i. ⁊ ij. dr q̃ ſathan non potuit iob affligere niſi q̃tũ ꝓmiſſuz ẽ ſibi a do. ſcdo qz nondũ hora venerat. ſcz hora captionis eiꝰ a deo ordinata. Nã vt dic̃ glo. Sic añ ſecla preordinauit mrẽm virginẽ de qua naſceret ſic etiã preſciuit mortẽ ⁊ elegit quã pateret: et tps qñ pateret. Uniꝰ hodie reminiſcens cũ in cruce pendẽs dixit. Cõſummatuz ẽ: ⁊ inclinato capite tradidit ſpm̃. De turba autẽ mlti crediderũt in eũ et dicebãt Chriſtꝰ cuz venerit: nunq̃d plã ſigna faciet q̃z q̃ hic facit q. d. Non eſt aliꝰ exꝑectandus q̃ plã faciet. ideo firmiter tenendũ eſt q̃ hic ẽ chriſtꝰ ⁊c.

De eodem Sermo LV

Otũ hominẽ

t ſanũ feci in ſabbato Joh. vij.

Magnũ eſt ſanare hoiem corꝓraliter: maiꝰ ſanare ſpũal'r. maxim ſanare vtroq3 mõ. tal'r chriſtꝰ ſanauit. Ideo dicit. Totũ hoiem ſanũ ⁊c. Fuit enĩ verꝰ medicuſ ad nos de celo tranſmiſſus. vt oẽs nrãs infirmitates curaret Pſal. cij. Qui ſanat oẽs infirmitates tuas. Aug. Magnꝰ de celo veĩt medicꝰ: qz ꝑ totũ mũdũ vndiq3 iacebat egrotꝰ De iſto egroto ⁊ medico q̃ totũ hoiez ſanũ fecĩ in ſabbato tria ſũt videnda. ſ. q̃ ſunt cauſe infirmitatis. ſecundo q̃ ſint remedia contra infirmitates. tercio q̃ ſint ſigna ſanitatis.

Circa primũ notãdũ q̃ quedã infirmitas cauſat in homĩe ex nimia comeſtiõe. ⁊ ſic infirmatꝰ ẽ adam de pomo vetito q̃ poſtq3 comedit infirmitatẽ mẽtis ⁊ corꝑis incurrit. Iſtud etiã viciũ gule in multis oñdit. ⁊ iõ hõ ſepe infirmat. Ecci. xxxvij. In mltis eſcꝭ non tetigit infirmitas. imo tales guloſi ſepe moriũtur. Ibidẽ. Propter crapulã mlti pe rierũt. Corꝑa enĩ pinguia diu viuere ñ pñt Tum qz ſunt modici ſanguis q̃ eſt cã vitetum qz calor naturaľ ſepe ꝑ nimiã pinguedinem ſuffocat. tũ qz via ſpũs ſepe ad mẽbra prẽ nimia pinguedie impedit. ⁊ ſic mors ſequitur. Scdo cauſat infirmitas ex nimia infrigidatõe. Sic pctm̃ mortale eſt frigide nature. ita q̃ ignem diuini amoꝛ extinguit. Peccatũ enĩ eſt aqua frigidiſſima q̃ extinguit diuinũ amoꝛẽ. Hiere. vi. Sicĩ ciſterna frigidã facit aquã ſuã: ſic frigidã facit malicia aĩam ſuã. Iſtud etiã frigꝰ pcti facit homĩnẽ in bono opere pigꝝ. puerb. xx. Propter frigus piger arare noluit. Pctm̃ enĩ ꝓhibet hoiem arare. i. coꝛ ſuũ ꝑ contritiõez ſcindere et ipſum ſerere ꝑ bonã opatiõem. Non ſoluz aũt pctm̃ facit aĩam frigidã ſz etiã ꝯgelatã ita q̃ reſolui poſt mortẽ nõ põt. ſed calefieri põt ꝑ amoꝛẽ. Ecci. xliij. Frigidꝰ ventuſ aq̃lonis flauit ⁊ gelauit criſtallũ ab aqua. Tercio cauſat infirmitas ex nimietate corꝛuptiõnis ſanguis. Sanguis nimiꝰ eſt abũdãtia terreneꝛ q̃ eſt ſepe cã pcti Pſal. lxxij. Prodixit quaſi ex adipe iiq̃tas eoꝝ. Sãguis putridus eſt ipſa carnaľ ꝯcupia q̃ aĩam maculat ⁊ totã corã deo putridã facĩ. De q̃ ſanguine dr Iſa. i. Cuz mltiplicaueritiſ oꝛões vras nõ exaudiã. manꝰ enĩ vre ſanguĩe plene ſunt. Oſee. iiij. Sãguis ſanguinẽ tetigit Hoc fit qñ vnũ pctm̃ adducit ad aliud. Quarto cauſat infirmitas ex humoꝛ. i. viciꝛ corruptione. pſal. xiij. Corrupti ⁊ abominabiles facti ſunt in iniq̃tatibꝫ ſuis. non eſt q̃ faciat bonũ: nõ eſt vſq3 ad vnũ. i. chriſtuz. Beata enĩ virgo non fuit ab illa corruptiõe immunis. qz ex hũore corrupto fuit generata. ſed tñ ſancta fuit nata. Chriſtꝰ aũt dr ſctõ ſãguine fuit generatus. nos aũt ex corruptõe vicioſa ſumꝰ conceptĩ: nati ⁊ educti. Scdo videndũ eſt q̃ ſint remedia ꝯ ipas infirmitates. Circa qd̃ notandũ q̃ chriſtꝰ quattuoꝛ remedia dedit ꝑ que iſtas infirmitates ſanauit. Primã enĩ ſanauit ꝑ dietam qñ. xl. diebꝫ ⁊ xl. noctibꝫ ieiunauit. Nos etiã iſtã infirmitatẽ gule ieiunãdo ⁊ abſtinẽdo ſanare debemꝰ Ecci. xxxvij. Qui abſtinens ẽ adq̃ciet vitã. Ut vo noſtra abſtinẽtia ſit noſtra victoria ⁊ poſſit volare ad cẽũ debz hẽ duaſ

Feria tercia post Letare

alas. scilicz orōnem z elemosinam. Qñ em̄ auis nō hz alas in terra remanet. qñ et iā hz tm̄ vnā alam velociter volare nō pt. qñ ꝺo hz duas alas velociꝰ volat Sic etiā qñ ꝺs habet abstinentiā z nullā elemosinā facē nec aliquā orōez: tūc sua abstinētia manet i terra. qñ ꝺo hz vnū illoꝝ paꝝ volare pōt Sz si ieunat z orat z elemosinā dat tūc ieiunium in celū volat. Scōam infirmitatē christ⁹ sanauit p sudorē qñ. s. fact⁹ est sudor eius ꝺsi gutte sanguis decurrēs in terrā. vt ꝺr Lu. xxij. Ipse enī totus inflāmat⁹ erat igne amoris nostri q ipsū sudare fecē. z nrām frigiditatem calefecit. Sic z nos etiā sudare ꝺemus lacrimas emittēdo. tūc enim ocul⁹ sudat qñ plorat. In isto aūt sudore lacrimaꝝ hō frigidus inflāmat. Uñ ꝺicit Bre. ꝺe Magdalena: q frigida erat sz inflāmata recessit. In isto etiā sudore lacriaꝝ spūssēcs litēt mozat Beñ. i. Spūs ꝺñi ferebat sup aquas. Isto etiam sudore lacrimaꝝ diabol⁹ tribulatur et sb mergit Psal. lxxiij. Contribulasti capita ꝺraconū in aq̄s. Exo. xv. Submersi sūt quasi plūbū in aq̄s vehemētib⁹. Terciam infirmitatē xp̄s sanauit p minutiōem qñ in manib⁹ z pedibus suis et latere minutiōez fecit. Istam aūt minutiōem z nos facim⁹ qñ venam oris nostri in confessione aperimus. De qua vena ꝺr puer. x. Uena vite os iusti os autē impioꝝ operit iniq̄tatē. Aliquando autem in minutiōe sanguis ē putrid⁹. aliqñ supfluus. aliqñ necessari⁹. Tūc autē est laꝺabilis minutio qñ sāguis putridus extrahitur. supflu⁹ diminuitur. z necessarius seruat Sanguis putrid⁹ est amor peccati. iste totus est ab homie ejciend⁹. Sanguis supfluus ē amor mundi qñ ꝺs amat diuitias et supfluitatem. Iste enim p elemosinaz est diminuēd⁹ Sanguis necessari⁹ est amor ꝺi qui est cā vite aie. z iste est fuand⁹. Quartam infirmitatē christus sanauit per amare medicane sumptiōez. Psal. lxviij. Dederūt in escā meā fel zc. Istaz medicinā amarā. s. dolorē cordis nos recipe ꝺēm⁹. q quāto erit amarior: tanto ad expressandū malos hūores erit virtuosior. Isa. xxiij. Amara erit potio bibentib⁹ illam Iste dolor assimilat dolori torsionum: z dolori parturientiū: z doloribus flentiū vnigenitū. Isti enī tres dolores sunt maiores q̄s inueniri pōt. z ideo scriptura ꝺat nobis per hec intelligere q dolor pcti nō debet esse paruus sed maxim⁹ De duob⁹ p̄mis ꝺicit Isa. xxij. Torsiones et dolores tenebūt quasi parturiens volebūt. De tercio Hiere. vi. Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum. Tercio videndū est q̄ sunt signa sanitatis. Circa qꝺ sciendū q quattuor sunt sig̃ sanitatis perfecte. Primū est appetit⁹ ordinatus. Tria enī sunt q̄ appeti pñt. s. nociua supflua z vtilia siue necessaria. Si post ifirmitatē ꝺs appetit nociua vl nimis supflua manifestū est q non ē pfecte sanatus. Si ꝺo appetit vtilia vel necessaria pfecte est sanat⁹ Sic spūal'r nociua sunt male societates vel peccati occasiones q̄ sunt sepe cā peccati. p/ uerb. xxij. Qui cū sapientib⁹ gradit sapiens erit amicus stultoꝝ efficiet similis. Superflua sunt diuitie mundane q nimis supflue abundant. Illi igit qui hñt appetitū caninum terrena z supflua appetendo: perfecte sanati nō sunt. De quib⁹ ꝺr in Psalm. lvij. Famem patient vt canes. Necessaria z vtilia sunt spūalia ad que apl's nos hortat ꝺi. ad Col. iij. Que sursuz sunt sapite non que super terram. Secundū signū est totius corpis et cordis fortificatio. Debent enī esse fortes in faciendo opa fortia. Phil. iiij. Omia possum in eo qui me cōfortat. In pficiendo de bonis ad melioza. psal. lxxxij. Ibūt de virtute in virtutē. Patienter z pseuerāter sustinendo aduersa. Heb. xij. In disciplina pseuerate. quis est enī fil⁹ quē nō corripit pater Tercium signū est colozis venustas. Illi ei qui hñt viuidum colorez perfecte sanati sūt Debet aūt pfecte sanat⁹ tres hz colores. iuxta illud Can. v. Dilectus me⁹ candid⁹ et rubicundus elect⁹ ex milib⁹. Debet enī spūaliter sanatus candidū hz colorē p puritatē. rubicundū p charitatē. et lucidū p lucidam conuersationē. Et iste est color electi⁹ ex milib⁹ ille ex milib⁹ eligit q̄ iter malos sctē z bene ste conuersat. Quartū signū membroꝝ leuitas z agilitas. Ueni enim penitētes ad omia dei mādata sunt valde agiles. Isa. xl. Qui sperāt in ꝺño mutabūt fortitudinē. assumēt pennas vt aq̄le. current z nō laboꝝabūt. ābulabunt z nō deficient. Peccatores aūt sunt valde ponderosi z gnes. ita q nec de⁹ pōt eos portare. Hiere. xxiij. Uos estis on⁹: pjciam quippe vos dic ꝺns. Isa. i. Laboꝝauit sustinens. Nec etiam celū potuit eos sustinere. sicut patz in lucifero Lu. x. Uidebā sathanā quasi fulgur de celo cadentē. Nec tandē terra poterit eos sustinere. Isa. xvij. Ecce dies ꝺñi veiet crudel' z indignatōis plen⁹. z ire furoris q̄z ad ponendū terram in solitudinē

et pecatores eius conterendos & ea ⁊c.

Feria quarta Sermo LVI

Sde ad nata

Vtoria syloe ⁊ laua te Joh. ix.

Consuetudo est homies volē tes ire ad magnū dñm secuz in mēsa sedere ornant ⁊ lauāt se ne videanť aliqua in eis q̄ offendant oculos dñi. Spūalr. Et sic nos si dēm⁹ ire ad mēsaz dñi. indigem⁹ ornatu ⁊ lotione. Figurať Leui. xi. Qui tetigerit mortuciniā imūd⁹ erit vsq̄ ad vespam ⁊ lauet vestimēta sua. et sic nos. Et h̄ doz sctā mater ecclia in introitu. Cū sanctificať⁹ fuero i vobis congregabo vos & vniuerā terr̄ ⁊ effundā sup vos aquā mundā ⁊c. Tunc scrificamus dñm q̄n eū cū vera deuotōe laudam⁹. Et h̄ patet in collēa. Presta q̄s omps deus vt q̄s ieiunia votiua castigāt. ipsa q̄z deuotio sancta letificet vt terrenis affectib⁹ mitigať⁹ facili⁹ celestia capiam⁹. Sil'r in pphetia Eze chiel. xxxvi. Effundā sup vos aquā mūdā ⁊c. Et ab vniuersis idol'is mūdabo vos. ⁊ dabo vobis coz nouū. ⁊ spm̄ nouū ponā in medio vr̄i. ⁊ auferā coz lapideū de carne vestra. Et dabo vobis coz carneū ⁊ habitabiť⁹ in terra quā dedi p̄ib⁹ vestr̄is: ⁊ eritis mihi in populū ⁊ ego vobis in deū. Sil'r in epla Jsa. i. Lauami ⁊ mūdi estote. auferte malū cogitationuz vestraz ab oculis meis. Quiescite peruerse agere: discite bñfacere. Querite iudicium et sbuenite oppresso. iudicate pupillo ⁊ defendite viduā ⁊c. Si fuerint pcā vīa vt coccinū quasi nix dealbabūť ⁊c. Sil'r i euāgelio Vade ad natatoria ⁊c. In sūma euāgelij tria innuūť. Primo discipuloz interrogatio: cum dr̄ Rabbi ⁊c. Scdo ceci illūinatio. ibi Vade ad natato. ⁊c. Tercio pharisēorum murmuratio. ibi Non est hic hō ⁊c. De pmo dic̄ In illo tpe. s. cū iudei xp̄m voluerūt lapidare. tūc exiuit de templo ⁊ pteriēs vidit hoiem cecū a natuitate. Glo. Nō potuit curari p̄ naturā. Et interrogauerūt eum discipuli eius. Rabbi quis peccauit hic aut parētes ei⁹ vt cecus nasceret. Illā interrogationē habuer̄t ex h̄ q̄ audiuerūt q̄n dñs sanauit paliticuz Joh. v. sic ait. Vade ⁊ āpli⁹ noli peccare. Sic ergo estimabāt ⁊ hic accidisse. Nota infirmitas pmittit̄ a deo mlt̄is rationibus. Primo p̄opter meritū augendum. Et sic in Job. xvij. qui ait. Nō p̄ccaui ⁊ in amaritu dimbo moratur oculus me⁹. Secundo ne homo exaltetur. Et sic in beato Paulo. ij. Coz. xij. ne magnitudo reuelationū extollat me dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee ⁊c. Tercō vt pniaz suscipiat peccator. psal. xv. Multiplicate sunt infirmitates eoz: postea acceleraverūt Reuera multi nō cognoscūt se nisi in infirmitate. Psal. lxxxij Imple facies eoz ignominia ⁊ q̄rāt nomen tuū dñe. Figurať in filijs isr̄l psal. lxxvij. dū occideret eos q̄rebāt eū ⁊ reuertebant. ⁊ diluculo veniebāt ad eū. Quarto p̄pter pctūm vt q̄ se non velit meliorare in infirmitatibz q̄ sua pena incipiet h̄ ⁊ durabit ibi eternal'r. sicut ptz in pharaone in Exo. Et sic in herode ⁊ in anthiocho ⁊c. Quito vt infirmitas mirabil'r saneť. et ex h̄ ondať dei virtus ⁊ potēcia Et sic thobias sanať⁹ ē Thob. ij. et sic̄ ceco. Ergo xp̄c mdit. Neq̄ h̄ peccauit neq̄ parentes ei⁹. Sz d. tamen scribit̄. i. Joh. i. Si dixerim⁹: q̄z pctm̄ non hēm⁹: ipsi nos seducim⁹ ⁊ v̄itas in nob nō est. Rndeť vez est sed nō ita grauiter ille peccauit: vt cecus nasceretur. sed vt opera dei manifestarentur in illo. id est. diuinitas christi manifestaret. Sequitur. Me oportz operari opa eius q̄ misit me. s. patris. Gal. iij. Cum venit plenitudo temp̄is misit deus filium suum factum ex muliere vt eos qui sb lege erant redimeret ⁊c. hoc fuit op⁹ redemptōis. Abac. scdo. Cōsideraui opa tua ⁊ expaui. scz te penitentē in patibulo in medio duū animaliuz id est latronū. Secundū op⁹ fuit recōciliationis hominū cum deo. ad Ephe. ij. Veniens nunciauit pacem hijs qui longe sunt: salutez a deo Roz. v. Cum inimici essem⁹ reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Sequitur. Donec dies est. Nota xp̄s nomiat se diez. Nam sicut dies habet duodecim horas. sic christus habet duodecim horas. id est. apostolos. Dic dies defecit et inclinatus est in cruce. quere supra in sermōe Nox p̄cessit dies aūt appropinquabit Veniet nox. i. tpus mortis p̄pter incertitudinem. Eccs. ix. Nescit hō an amore vl odio dei dign⁹ sit. Job. xxxij Nescio q̄diu sbsistā et si post modicū tollat me factor me⁹: psal. xxxi. In via hac qua gradieris ⁊c. Secundo mors dr̄ nox. quia sicut in nocte labor̄is recipit premium ⁊ vadit domuz. sic quilis in nocte sue mortis recipiet p̄miū fm opa eius. Et sic nos Athanasi⁹ Ibunt boni in vitam eternā. mali vero in supplicū eternū Tercio in nocte recipiūtur inimici ⁊ exclu-

Feria q̃rta post Letare

dunk amici. ꝛ sic ī morte Mat. xxv. Nescio vos. ꝛ clausa ē ianua. ergo Eccs. ix. dicitur Qd̃cūq; põt manꝰ tua opari instãter fac: qz nec opꝰ nec rõ nec scia nec sapia erũt apd̃ inferos q̃ tu pperas. ad Hal. vi. Luz tps habemꝰ opemur bonũ ad oẽs. qz homi nõ vestito veste nuptiali dr Mat. xxij. Ligatis manibus ꝛ pedib; mittite e. ī te. ex. Dixi scdo i. nuĩ ceci illũinatio. cũ sb dit. Hec cũ dixisz expuit in terrã ꝛ fecit lutũ ex sputo ꝛ linuit oculos eiꝰ. hoc fecit iõ vt daret intelligere q̃ hũanitas esset instrumẽtũ diuitatis. Et etiã ideo vt oñderet se illũ q̃ primũ hoiem plasmauit de terra. Et ait. vade ꝛ laua ad natatoria syloe. Glo. Hec aqua oriẽt ad radicem mõtis sion: ꝛ nõ sp sz in certis horis ob memoriã facti ebullit p cõcaua terraꝝ. Nã cũ sennacherib obsideret hierlim piscina ista cõmunis erat assirijs et hierlimitis. ita q̃ vtergz poterãt inde haurire. Sz ad oratoz Isaie factũ ē cũ egrediebãt hierosolimite, erat ibi aqua Qñ ꝙo veniebãt assirij: tũc erat sicca/ta. Seq̃tur. Qd̃ iterpretat missus: Magister in historia. Et h̃ iõ cũ manasses rex hierusalẽ inꝛ piscinã syloe ysaiã serra lignea per mediũ secare fecisset. ꝛ ille angusti aret in sectione: petijt sibi dari aquã vt biberet. q̃ cuz negauerãt ei misit dñs aquã d̃ sblimi in os eius ꝛ exspirauit. Ob hanc aque missionem syloe interptat missus Tũc innuit ceci obedientia cũ sequit. Abijt ꝛ lauit se ꝛ venit videns. Licz eni chriſtꝰ solo verbo potuisset sanare hũc cecũ. tñ noluit h̃ facere. sz multa fecit circa eius sanationẽ. que litteralẽ habent cãm ꝛ etiaz spũalem. Primo eni expuit ad oñendũ q̃ virtꝰ sanatiua q̃ dammõ erat ab eius hũanitate inq̃tum ē organũ diuitatis Lu. vi. Virtus de isto exibat et sanauit oẽs Scdo fecit lutũ vt oñderet q̃ fecit primum hominẽ de luto. Tercio liniuit oclos ceci vt ostenderet se reformatorẽ corpoz qz nobilia membra reformauit: mlto magis ignobiliora potest reformare. Quarto dixit ei. vade ad natatoria ꝛc. ne videret terra sup oculos linita virtutẽ sanatiuã ocli hẽ. Vñ q̃diu lutuz sup oculos hũit nõ vidit: sz postq̃ lauit Milit aũt lõge eũ ad aquã. Prio vt trãseũdo per ciuitatez linitꝰ a mlt̃is videret vt esset miracl̃m magnotoriũ. Secundo vt cõmẽdaret ceci obedientia ꝛ fides. Freq̃nter ei forte lutũ habuit sup oculos et frequẽter forte lauabãt in syloe. ꝛ tñ ex hoc ñ videbat Et potuit dicere freq̃nter me laui ꝛ nihil pfeci. hoc tñ iam ñ dixit sz simplr obediuit ꝛ credidit verbis hiesu. Sz q̃ euãgelista addit qd̃ interpretatur missus. hoc fecit ad ꝛsignãdũ mysterium christi missi ad salutez hominũ. Quinto ponit effectus visionis. qz venit videns: sicut pdictũ fuit Isa. xxxv. Tũc aperiẽtur oculi cecoz ꝛc. Cãm ꝙo spũalem assigt Aug. qui dicit q̃ p sputũ de capite descẽdes dsignatꝰ bũ xri qd̃ a do capite oĩm rex pcedit. Eccl. xxiiij. Ego ex ore altissimi prodij. Tunc ergo de sputo ꝛ terra lutũ fecit quando verbum caro factũ est. Linuit autez seu vnxit oculos cordis ipsius ceci. i. humãi generis per fidem incarnatõis christi. sed nondum videbat. sed quãdo inunxit forte catheciminũ fecit qui interpretatur instructꝰ qui fidem habet sed nondũ baptizatus. Et ideo mittit eum ad piscinã que vocat syloe: vt lauetur ꝛ illũinetur. id est baptizet. vt in baptismo plenaz illuminationem recipiat. Unde sm Dyonisiũ: baptismus dicit illuminatio. Ezechiel. xxxvi. Effundã sup vos aquam mundã ꝛ mundabimini ab omnib; inquinamẽtis vestris. Interptatur autem syloe missus: quia quicũq; baptizãt oportz vt baptizent in christo qui est missus a pze. Ad galatas. iij. Quicunq; in christo baptizati estis christũ induistis. Nisi eni ille fuisset missus nemo nostr̃ esset ab iniquitate dimissus. Gregoriꝰ aũt dicit q̃ p saliuam sapz intime contẽplatiõis accipit que ad os de capite conditorꝭ defluit. qz de claritate cõditoris adhuc in hac vita positos gustu revelatõis tãgit. Vñ dominꝰ saliuaz luto miscuit ꝛ ceci nati oculos aperuit. quia superna gratia carnalem cogitatõem nostraz per admixtionez sue contẽplationis irradiat. ꝛ ab originali cecitate homines ad intellectũ reformat. Tunc sb dit. Itaq; vicini ꝛ qui viderant eum prius quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat. alij dicebant hic est. alij aũt nequaq; sed similis ei est. Scẽdũ q̃ queritur hic de persona illuminati: quia mirabãtur iudei de miraculi magnitudine: quod videbatur eis incredibile. Et ideo dicebatur infra. A seculo autem nõ est audituz. quia quis aperuit oculos cecinati. Et implebãt illd̃ Abacuc. i. Opus factũ est in diebꝰ nostr̃ qd̃ nemo credet cum narrabit. Item mirabantur q̃ iste curatꝰ fuit qui videbatur ignobilis et curatõe indignus. Dominꝰ tñ quia ꝓpter paupertatẽ nullum repulit qui ꝓpter salutez

Sermo LVI

hominū venit. Jac. ij. Nōne deus elegit in hoc mdo paupes. diuites in fide. Ondit suam clementiā curādo illū mendicū cum in magna erat deuotione. Opiniones aūt fuerunt inter eos. qui enim dicebāt hic est: mouebant ex eo qz sepe euz viderūt ⁊ similr discurrentē p ciuitatē ad natatoria syloe viderunt Qui aūt dixerūt. non est: mouebantur ex eo ꝙ sm Aug⁹. oculi restituti mutauerūt vultū ei⁹. Nihil em̄ ita cognoscibile reddit hoīem sic̄ visus Ecci. xix. Ex visu cognoscit vir. Ille aūt dicebat qz ego sum. vox ḡtitudinis est illa. Glo. Confitebat se esse. etiam laudat eū qui tā bn̄ fecerat ip̄m esse. Thob. xij. Bn̄dicite deū celi ⁊ corā oibus viuentibus cōfitebimur illi. qz fecit nobiscū misericordiam suam. Dicebant ergo iudei. Quō aperti sunt tibi oculi. Rn̄dit Ille hō qui dr hiesus fecit lutū ⁊ vnxit oculos meos et dixit mihi. Uade ad natatoria syloe ⁊ laua. et abij ⁊ laui ⁊ video. Hic q̄rūt de ipsa illūinatione. et rn̄dit eis. Ubi sciendū ꝙ illa q̄stio ex curiositate ꝓcedit: quia hūc moduz neqz ipse qui curat⁹ est: neqz nos nouim⁹ nec comprehēdim⁹. Ecci. iij. In pl'ibus opibꝫ ei⁹ nō fueris curiosi⁹. Cecus rn̄dit ad q̄stionē sm quod nouit. vnde dic̄ illūinatorē suū hoīez quē nō nouit adhuc deū: ⁊ hō erat Phil'. ij. In sil'itudinē hominū factus. et habitu inuentus vt hō. Item dixit christū ih̄m. vnd licet eum nō viderat cū cec⁹ erat. iuerat tam̄ ad natatoria siloe. auditu tn̄ ꝯgnouit ꝙ hiesus fuerat. Sz qz non viderat quō ex luto sputū fecit. i. Johā. i. Quod audiuim⁹ ⁊ vidimus oculis nostr⁹ ꝑspexim⁹ ⁊ man⁹ nostre ⁊c. Abibat etiam cecus. abij ⁊ laui ⁊ video Et recte post obedientiā illuminat qz dicit Act. v. Dabit spūm sanctū obedientibꝫ sibi Uide ceci constantiā sm glo. que dicit Bn̄ iam videbat qui sic grām sibi prestitam annunciabat. iam euangelisat: christum predicat illūinatorē suum. Dixerūt ergo ei. vbi ē ille. Ille ait: nescio. quia āteqz essz reuersus de natatoria christ⁹ recessit de loco. Per illā nescientiam intelligit nostra. De qua. i. ad Cor. xiij. Ex parte cognoscim⁹ ⁊ ex pte prophetamus. Item illā qua nescim⁹ an odio vl' amore di digni sum⁹ Eccl's. ix. Item istā qua nescim⁹ pn̄tiam vel absentiaz sponsi. et illa est valde periculosa. Nescire enim vnde veniat aut quo vadit nullū est miraculum Sed nescire quādo veniat aut qn̄ recedat periculosissimū ē: quia tūc nescit qual'r presens ꝓ sua dignitate reuereratur: ⁊ qual'r absens solicite reuocet dicendo illd Canti. vi. Reuertere reuertere ⁊c. Adducūt eū ad phariseos qui cecus fuerat. Erat aūt sabbatuz qn̄ lutum fecit ih̄s: ⁊ aperuit ocl'os ei⁹. Uolens eni euāgelista hic on̄dere quō christuz querebant pharisei a ceco: p̄mittit quō cec⁹ phariseis pn̄tabat Et hoc lō: qz volebāt ihesum adducere ꝙ dānaret ꝓ solutōe sabbati quē minime inueniētes adducūt cecū vt cogatur importunitate vel timore aliq̄d ꝯtra christū cōfingere Hiere. v. Ibo ergo ad optimates ⁊ loquar eis. Ecce hij mag⁹ siml' cōfregerunt iugū: ruperūt vincula. Iterꝫ interrogabant euz pharisei quō vidisset. O ceci pharisei: quid interrogatis de gratia q̄ ignoratis de natura. quid queritis illūinatorem qui non creditis redemptorē. Ille aūt dixit eis. Lutū posuit mihi sup oculos ⁊ laui ⁊ video. Ammirāda ceci constātia: qz ꝙ corā populo de christo ꝟitatē confitebat nō fuit magnū: sed in magno piculo constitut⁹ coram phariseis. neqz negat neqz ꝯria dicit. Psal'. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum ⁊ non cōfundebar. Ammiranda est etiam ipsi⁹ industria. quia narrantiū mores seruat qui qd pri⁹ diffuse referūt. postea succinctim loquūtur. Sic ille hic fecit vt patz intuenti Dicebant ergo ex phariseis quidā Non est hic homo ex deo qui sabbatum nō custodit. Alij dicunt. Quomodo potest homo peccator hec signa facere. et scisma erat inter eos. Ubi sciendū ꝙ si maliciosi aliquid boni vident sp illud ad malum referūt sm illud Ecclesiastici. xi. Bona in mala cōuertens insidiat: et in electis imponet maculam. Sic isti tacent ꝙ cecum illumīauit et referūt ꝙ videbatur sabbatū violasse. qd tamen nō fecit. Domin⁹ enim ꝓhibens opari in sabbato intēdit de opere seruili qn̄ dixit Omne opus seruile nō facietis in eo. Op⁹ autem seruile est peccatū. Johan. viij. Qui facit peccatū seruus est peccati. Ergo qui facit opera peccati in sabbato soluit sabbatuz qui aūt sine peccato erat potius sabbatū custodiebat. Ergo dixerunt. Quō potest homo peccator signa facere. Sed Joh. xi. dr ꝙ multi ex iudeis crediderūt in euz: sed ꝓpter phariseos veritatē dicere nō audebāt. Discidium ⁊ scisma qd erat inter eos fuit signū interitus eoꝝ. Osee. x. Diuisum est cor eoꝝ nunc interibūt. Et math. xij. Omne regnū in se diuisum desolabitur. Dicunt ergo ceco

Feria q̃rta post Letare

Tu quid dicis de eo q̃ aperuit oc̃los tuos. Ille aũt dixit Qz ꝓpha est Interrogat̃ snia a ceco de ꝑsona illũinantis. hic em̃ erat abil̃ qui de christo bñ sentiebat ꝑm Criso. Et h̃ apparet ex mõ interrogandi. qz cõmemorat ceco bñficiũ acceptũ dicentes. Qui aperuit oculos tuos: qui al's dicebãt q̃ soluit sabba tuz. Cecus aũt ad h̃ nõdit ut̃ez qđ nouit dicens eum ꝓpham qué filiũ dei nõdũ nouit. Et vere ꝓpha fuit Deut. xviij Prophetam de gente tua t de fratrib tuis suscitabit tibi dñs. Ipse etiam de se ait Lu. xiij. Nõ capit ꝓphetam ꝑire extra hierl'm. Et nemo ꝓphet̃ accept⁹ ẽ in patria sua. Lu. iiij. Ille ꝓ pheta ꝓphetisat bonis. Matt. xxv. Uenite benedicti tc. et mal' Ite maledicti in ig. eter.

Nota ꝓz doctrina ꝑ istũ cecũ intelligitur petõr. Uñ Soph. i. Ambulabũt vt ceci. qz dño peccauerũt. Nam cecitas corpalis causat a tribꝰ Prio a puluere. scdo ab igne. tercio a tumore Primo causat a puluere terrene cupiditatis. Figurat Thob. ij. vbi dicit q̃ Thobias ex stercore yrundinis fuit excecatus. Ista stercora sunt tpalia. de qbꝰ Philippẽ. iij. Omia arbitrat⁹ sum vt stercora vt christũ lucrifaciam. Est aũt piculuz q̃n ista stercora siue illi pulueres adherent oculis anime nimis. Jo math. x. Excutite pulverem de pedib vr̃is. quia ista tẽpalia excecãt oculos aĩme vt hõ non cognoscat deũ creatorem suũ. Jo exod. xxiij. Non accipies munera q̃ excecãt etiã prudẽtes Et exod. xviij. Dixit yetro ad moysen. Elige tibi viros timentes deũ in qbꝰ sit veritas: t qui oderint auariciã Et eccli. xx. Xenia t dona excecant oculos iudicũ. Contra illã cecitatẽ habetur collirium amaz. qđ conficitur ex felle piscis quo oculi thobie sunt sanati: vt hĩ Thobie xi. Et repñtauit christũ ꝑ put fuit i patibulo crucis tanq̃z piscis assat⁹ t felle potatus. ps. xxi. Aruit tanq̃z testa virt⁹ mea Et denudat⁹ Math. ix. Uulpes foueas hñt. filiꝰ aũt hominis non hz vbi caput suuz reclinet. Ista pauptas passionis debz nos inducere ad sustinendũ pauptatem ꝓ christo. Secundo causat cecitas spũalis ab igne carnalis ꝓcupiscentie. Psal. lvij. Supcecidit ignis et nõ viderũt solẽ. Sicut enĩ vsus excecatur ad peluim candentẽ. sic libidinosus ad ꝓcupiscẽtiam ardentẽ. Bern. Carnis delectatio mentẽ quã inficit obscurat. Et sic fuerũt excecati duo senes sacerdotes Dan. xiij. Declinauerunt oculos ne viderent celum. neq; recordarentur iudicioz iustorum. Et figurat Judicũ. xvi. in dalida que excecauit Samsonem. Spiritualr. Dalida significat luxuriam siue carnis concupiscentiã per quã homo excecatur t tradit in manꝰ inimicoz suorum. i. demonũ. Sed h̃ phibetur Ecci. xviij Post ꝓcupiscentias tuas ne eas t a voluntate tua auertere. Nam si vadis post concupiscentias aĩe tue. i. vite trader⁹ inimicis tuis Et sic fuerũt excecati sodomite Ben. xix.

Sciẽdũ tñ q̃n vas cordis ꝑ ignẽ male cõcupiscẽtie bulliat. tũc triplex debet hz̃e remedium. Primũ est q̃ vas debet ab igne remoueri. i. a colloquijs t aspectib mulier⁹ se absentare. Ecc̃i. ix. Auerte faciem tuã a mulierem compta: t ne circumspicies speciez alienã ꝓpter speciem enim mulieris multi perierunt Et ex hoc cõcupiscentia quasi ignis ardescit. Secundũ est q̃ ligna siue prunas id est cogitatiões ignitas a corde suo abjicere dñt. quia dr Prouer. vi. Nunq̃d abscõdere potest hõ ignẽ in sinu suo: vt nõ comburantur vestimẽta eius: aut ambulare super prunas vt nõ plante comburanꝰ eius. Tercium est q̃ aquã frigidam. id est penitentiã asperaz corpori suo imponãt. Ecc̃i. xi. Malicia vni⁹ horze obliuionẽ facit luxurie magne. Nam dicit apl's. i. ad Cor. ix. Castigo corpus meũ t in seruitutẽ redigo tc. Contra illam cecitatẽ habetur collirium totum dulce quod conficit ex fauo mellis quo illumiati sunt ocli Jonate: vt hz̃. i. Re. xiij. Et significat xp̃m ꝓput est in regno vbi erit tot⁹ dulcis Ecc̃i. xxiij. Spũs me⁹ sup mel dulcis t hereditas mea sup mel t fauũ. Psalm. Quã magna mltitudo dulcedis tue dñe. Et hec dulcedo expellit ignẽ cecitatis luxurie. Nã omẽs delicie carnales debẽt contẽni vt saltem vna hora facies dei possz videri. Tercio causat cecitas ex tumore supbie. qz sicut dicit Greg. Tumor mentis ẽ obstaculũ veritatis. Zach. xij. Omnẽ superbũ pcutiã cecitate. Figurat in Sedechia. iiij. Regũ. xxv. qui in regali dignitate superbiuit. et ideo a rege babylonie excecat⁹ fuit. Sic omnes superbi excecanꝰ. Apoc. iij. Tu dicis diues es et nulli⁹ egeo: t nescis quia miser es pauper nudus t cecus. Bosa. miser es in vita cum peregrinantiã pereas. paup in bõis. nud⁹ i virtutib t cecus. qz deceptus es. t vicia nõ recognoscis. Ista cecitas a natiuitate est inducta. Nam superbia in affectu ortum habuit in cele. supbia i intellectu in paradiso

terrestri. superbia in actu ortū hūit in mdo quādo cayn occidit abel. Contra illā cecitatē collirū hr̄ qd̄ fecit xp̄s qñ fec̄ lutū ex sputo ⁊ liniuit sup oculos ceci ⁊ illūinat⁹ ē vtz i hoc euāgelio. Sic pctōr debet lutuz ponere sup oc̄los cordis ꝯsiderādo se de luto factuz Job. xxx. Cōparat⁹ sum luto ⁊ assimilatus sum fauille ⁊ cineri. Bern̄. Stude teip̄m cognoscere: qr meli⁹ est scire teipsuz q̄z si te negligendo cursum astroꝝ inuestigares. Gre. Quanto q̄sq̄z seipsuz min⁹ videt: tāto min⁹ sibi displicet Et quāto maior gratie lumen recipit: tanto ampli⁹ q̄d de se pandere debeat cognoscit. Legit̄ de alexandro magno. Cū alexander om̄s regiones terre ⁊ insulas maris peragrasset ⁊ sibi sbiugasset: presumpsit ire ad paradisum ⁊ p̄misit nuncios suos. q̄bus occurrit q̄dam senex dicēs. Dicite dño vr̄o q̄ nō pōt huc venire nisi p hūilitatē. Et dedit eis lapidem ad sil'itudinē oculi vt portarent eū dño suo. Quē cum accepisset alexander oñdit eum viro sapienti cuidā vt diceret sibi ei⁹ v̄tutē. Qui ponderauit eū. Cunq̄z lapis positus nud⁹ essz in lance vna adeo grauis erat: ⁊ pl⁹ q̄z omnia alia q̄cunq̄z poni poterant in alia lance ponderauit Deinde operuit lapidem terra: ⁊ tunc adeo leuis erat q̄ penna vna puula pl⁹ eo ponderauit Et dixit sapiens. Per lapidē istū tu es designatus qr q̄z diu viuis es maior oībus ⁊ omnia tibi sbiugas. Postq̄z aūt cooptus fueris terra. s. post mortē vilior eris vna penna: qr supbi q̄ mō magni apparēt p⁹ mortē nihil erūt.

Feria quinta

Sermo LVII

Cum audissent

c quidā de turba hos s̄mōes dicebant Hic ē vere ꝓpha. Joh. vij.

